in cap. M. Ferrarien. de constitut. Corbul. *de caus. privat. ob. alienat. ampliat.* 30. Quod autem gratia in hoc casu sit de sui natura præjudicialis patet, quia per necesse aufert potestatem quam alias habebat Archiepiscopus in procedendo sine adjunctis quæ quidem potestas illi competebat de jure communi cùm esset Joco Abbatis illius Capituli Regularis, *ut latè fuit dictum in causa Montis Regalis iurisdictionis* 27.
5 *Iunis* 1607. *coram R. P. D. Coccino*. Et † Papa qui habet omnia jura in Scrinio pectoris non præsumitur tale jus ignorasse, *c.* 1. *cum ibi notat. per scriben. de constit. in* 6.

Non obstat, quod ista non sit totalis exemptio à jurisdi-
6 ctione Episcopi † in quibus terminis videntur procedere allegatæ decisiones, sed tantum quædam limitatio, quia valet argumentum de parte ad totum, *l. quæ de tota cum sua materia, ff. de rei vendicat.* Imò facilius limitatur jurisdictio quoad partem quàm tollatur in totum Bald. *de præscrip.* 5. *p. princip. par.* 1. *q.* 8. *num.* 7. & in terminis regulæ Mandos. *super dilta regula quæst.* 12. *vers. contraria*.

Prædicta eo magis visa fuerunt admittenda stantibus
7 verbis importantibus † derogationem juris Archiepiscopalis, ibi, etiam si forsan ipse Archiepiscopus antea in dictas personas Capitulares majorem, & omnimodam haberet jurisdictionem, quæ verba idem sonant, ac si Papa dixisset. Non obstan. majori, & omnimoda jurisdictione quàm Archiepiscopus haberet Gemin. *cons.* 120. *nu.* 8. *vers. litis pendentia non obstant.*

Secundò, fuit dictum non obstare regulam, quia Papa fecit sæcularizationem ob bonum publicum, & reformationem Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, ut legitur in proœmio sæcularizationis ex quo colligitur causa finalis, *l. fin.* ubi DD. *ff. de hæred. instit.* in dispositione autem, quæ fit ad pu-
8 blicam utilitatem non est † necessaria derogatio regulæ, quia per dictam regulam non censetur præservatum jus particulare in concursu publici, cui cedere debet, latè Gabr. *tit. de iure quæsito non tollendo concl.* 2. *n.* 1. & in terminis regulæ Sarnen. *super dicta regula quæst.* 19. Rebuff. *super dicta regula, verbo etiam si motu proprio n.* 30. Rota *in d. Nullius de Stepa. coram Illustrissimo Seraphino, & in Salman. observat. coram Cantuccio relat. inter divers. impress. decis.* 759. *n.* 1. *par.* 1. Non obstat, quod Archiepiscopus non impugnet sæcularizationem, sed partes sibi præjudiciales, quia Papa voluit facere unum negotium, non plura, & motus fuit ex unica causa ad facien. omnia de quibus in suis literis, nempè ex bono publico, & reformatione Ecclesiæ Cæsaraugustanæ.

Non obstat, quod per sæcularizationem non immute-
9 tur † subjectio Ecclesiæ sæcularizatæ, Innoc. & alii *in cap.* 2. *verbo Monialium de Capell. Monach.* quia hoc procedit in dubio, sed si Papa hoc expresè facit non applicantur illæ doctrinæ,

10 Tertiò, principaliter † visum fuit non obstare regulam quia respectu moderni Capituli contra quod modò vellet Archiepiscopus procedere sine adjunctis, ipse nullam unquam habuit jurisdictionem, & consequenter non potest dicere, quod Papa dando jurisdictionem limitatam super dicto Capitulo aliquid sibi de suo jure abstulerit, certum autem est regulam non habere locum, nisi in jure pleno quæsito, & radicato, ut sonant verba regulæ, & tradit Sarnen. *super illa quæst.* 4. Put. *dec.* 264. *lib.* 2. Rota *in dicta Salmantin. coram Cantuccio num.* 4. Quod autem Archiepiscopus nullam unquam super hoc Capitulo habuerit potestatem, apparet ex eo, quod Papa non simpliciter sæcularizaverit antiquum Capitulum, sed novum constituit, ibi, *Nec non in dicta Ecclesia vingintiquatuor Canonicatus, & totidem Præbendas pro vinginti quatuor Clericis sæcularibus futuris illius Canonicis, qui omnes Capitulum sæculare ipsius Ecclesiæ faciunt, & constituant auctoritate prædicta, & c. eri-*
11 *gas & instituas*. Non obstat † quod hoc novum Capitulum sit subrogatum in locum antiqui, quia aut deducitur ad hoc, quod subrogatio censeatur facta cum eisdem qualitatibus, & sic cum omnimoda subjectione Archiepiscopo, & objectum tollitur ex verbis Summi Pontificis, qui voluit Archiepiscopum, non nisi cum adiunctis contra istos novos Capitulares procedere posse. Aut deducitur ad hoc quod subrogatio debuerit fieri cum eisdem qualitatibus, & sic cum omnimoda jurisdictione Archiepiscopi, & non propterea sequitur, quod si non fuerit facta, fuerit sublatum aliquod jus jam quæsitum Archiepiscopo super hoc novo Capitulo. Quod si prætenderet Archiepiscopus extinctionem antiqui Capituli fuisse nullam ob non factam subrogationem istius novi Capituli in locum antiqui esset alterius, & fortè nullius indaginis propter multa, quæ in contrarium dici possent, interim verum est, quod super hoc novo Capitulo Archiepiscopus numquam habuit omnimodam jurisdictionem, & consequenter, quod Capitulo dicenti ipsum contra personas Capitulares, non nisi cum adjunctis procedere posse, non obstat regula de jure quæsito non tollen. & ita fuit conclusum, Hæc decisio reperiatur apud Marches. *de sanat. nul. p.* 3. §. 4. *decis.* 1. *& p.* 1. *recent. decis.* 174.

S V M M A R I V M.

C*Ap.* 4. *Sess.* 6. *declaratur, n.* 1. 2. 9.
Libellus R. P. P. de Tossantos contra Adiunctos, numer. 3.
Criminum distinctio, n. 4.
Adiuncti etiam in levibus procedunt, n. 5. 6. *&* 10.
Episcopalis iurisdictio extensa non limitata.
Adiunctorum iurisdictio restringitur in tribus, n. 8.

QUÆSTIO SECUNDA.

An Tridentina Synodus de novo aliquam jurisdictionem tribuerit?

VIdetur sanè dicendum jurisdictionem Capitulis Cathedralium de novo competere ex cap. 6. Sess. 25. de reformat. in cap. enim 4. Sess. 6. de refor. † Solus Episcopus vel cum his quibus sibi videbatur Adjunctis corrigere & emendare Cathedralium Capitula poterat & valebat juxta canonicas sanctiones. Sed in hoc cap. 6. tam in visitatione quàm extra Episcopus vel ejus Vicarius non possunt procedere sine consilio & assensu duorum de Capitulo: ergo tribuit Concilium Tridentinum aliquam jurisdictionem de novo,

Confirmatur ex *decis.* 743. *num.* 5. *part.* 1. *divers.* ubi de ordine Sanctissimi Domini de Rota dictum cap. 6. declarantes † sensérunt quod Capitulum istud venit ampliativè 2
& limitativè ad dictum cap. 4. ampliativè quatenus ampliat dictum cap. 4. ut procedat etiam quando Episcopus extra visitationem processerit, limitativè verò quatenus limitat hanc ampliationem, dummodo Episcopus, vel ejus Vicarius de consilio, & assensu duorum de gremio Capituli procedat: † quæ declaratio ansam dedit seu levem occasio- 3
nem Fr. Placido à Tossantos viro religiosissimo primum Episcopo Accitano postea Zamoren. porrigendi S. D. N. Paulo V. libellum anno 1617. continentem in prima clausula, Capitularibus vivendi impiè, libidinosè, & liberè licentiam fuisse connatam, postquam Tridentina Synodus Adiunctorum potestatem Capitulis permisit.

Secundò pro eadem sententia ponderatur, nam hodierna die tam in levibus, quàm gravibus, seu atrocioribus delictis, quorum † distinctionem declarat Sahagum Prae- 4
ceptor meus *in cap.* 4. §. 1. *n.* 18. *de iudic.* Farinac. *de accusat. q.* 18. *num.* 61. *& quæst.* 137. *num.* 16. Scaccia *de appellat. q.* 17. *limitat.* 4. *à num.* 76. Episcopus non procedit nisi de consilio & assensu duorum de Capitulo † ut probatur ex d. c. 6. 5
ibi: *in omnibus autem casibus*; & probatur quia alias elusoria redderetur Tridentini dispositio, & magna incommoda resultarent ex contraria observatione, ut argumentatur Seraph. *dec.* 710. Sacram sic Tridentini Congregationē declarasse attestans, & probatur ex eo, quia eadem Congregatio declaravit procedere Capitulū istud 6. in casibus in quibus opus non est tela judiciaria, ut Riccius comprobat *dec. sua* 566. *n.* 5. in praxi, ut sunt leves causæ ad tradita per Barthol. & Alex. *in l. levia ff. de accus.* Signorolum *cons.* 88. *n.* 5. Sed Episcopus † poterat solus procedere contra Capitu- 6
lates

lates in levibus *cap.* 1. *c. licet cap. irrefragabili*, §. *excessus, de offic. ord.* notat Riccius *decis. sua dicta* 566. *num.* 4. Ergo Cathedralium Capitula aliquam novam indulgentiam, seu facultatem, seu jurisdictionem fuerunt assecuta ex Tridentino.

Contraria tamen sententia, quæ verior est probatur ex allegatis *in q.* 1. *fundam.* 8. quibus probatur hanc Capitulorum præeminentiam assistentia juris communis corroborari: probatur & similiter ex *decis.* Rotæ 321. *n.* 2. *p.* 2. *divers.* decidenti in Tridentino *Sess.* 6. *cap.* 4. *& c.* 6. *Sess.* 25.
7 *de reformat.* † potius extendi, quàm minui Episcoporum jurisdictionem in Cathedralium Capitula, quod evincitur apertè ex verbis *d. c.* 6. *in fine*, ubi hæc verba: *Hæc autem omnia, & singula in iis Ecclesiis locum non habeant, in quibus Episcopi, maiorem habent potestatem, auctoritatem, ac iurisdictionem constitutionibus, privilegiis, concordiis, ac alio iure quæsitam, quibus sancta Synodus derogare non intendit.*

8 Rursus & jurisdictio † Capituli à Tridentina Synodo in hoc cap. 6. relicta, magna cum limitatione est permissa, Primò in eo quia si Episcopus discordat in judicio, Adjuncti concordant, non præfertur judicium majoris partis cum regula sit ut potius credatur duobus concordantibus quàm uni soli, *l. item si unus*, §. *fin. de recept. arbitr. c.* 2. *eod. tit. in* 6. *l. aliud* §. *refertur ff. de reg. iur.* notat Rota apud Farinacium *decis.* 746. *num.* 2. Panor. *in cap. irrefragabili nu.* 2. Butrius 29. Imola *in* §. *excessus n.* 6. *de offic. ord.* Martha *in decisionibus suis voto* 251.

Secundò, & limitatur prædicta jurisdictio, & in hoc ut hi duo adiuncti pro uno connumerentur contra supradicta, *& contra regulam legis si in tres ff. de recept. arbitr. l. duo ex tribus ff. de re iud.* Limitatur & tertiò in eo quod in paritate esset præferenda sententia cuius causa esset favorabilior, vel res minus noceret *cap. ult. de sent. & re iud.* ut in Curia Pisana *lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 20. & tamen in dicto c. 6. nulla qualitas ex supradictis observari permittitur, ut & advertit Gutierrez *lib.* 1. *q. civil. c.* 94. *n.* 4.

9 Non obstant † contrariæ sententiæ argumenta, non primum quia respondeo cum distinctione, quod aut loquimur de jurisdictione Capitulis competenti post cap. 4. Sess. 6. de reformat. & tunc verum est, quod in dicto cap. 6. aliqua de novo est tributa jurisdictio Capitulis; nam ampla visitandi, corrigendi, & emendandi concessa potestas Episcopis contra Capitula Cathedralium fuit limitata in hoc *c.* 6. *Sess.* 25. ut scilicet hoc fieri valeat duobus sibi à Capitulo eligendis adiunctis & associatis. Aut loquimur de jurisdictione Cathedralium ante dictum *cap.* 4. *Sess.* 6. & tunc potius ablata quàm de novo esse concessa Capitulis jurisdictio intelligitur id quod clarissimè significavit *decis.* 743. *num.* 5. *par.* 1. *divers. & dec.* 321. *n.* 2. *p.* 2. & Mantica *decis.* 180. *n.* 6. & aliquos refert, & sequitur Augustinus Barbosa *in pastoral. par.* 3. *alleg.* 73. *num.* 5.

10 Non secundum quia falsissimum est dicere quod in levibus solus Episcopus poterat procedere cum nec *ex cap.* 1. *nec ex cap. licet, nec ex cap. irrefragabili*, §. *excessus de off. ord.* colligatur: quia potius contrarium, ut declaramus q. 1. ad solutionem secundi, quando verò minima, seu levia veniant, vel non in consideratione Anton. Corsetus longiorem sermonem habet *inter tractatus vol.* 18. *fol.* 169.

Illud certissimum est, quod de minimis curatur in his quæ competunt de jure communi *l. scio*, ubi Bart. *ff. de restitut. in integr.*

S V M M A R I V M.

F*Orma concipiendi sententiam in iudicio Adiunctorum, numer.* 1.
Assessor iurisdictione caret, num. 2. *&* 18.
Episcopi Astoricen. argum. proponitur n. 3. *diluitur, n.* 22.
Felini argumentum diluitur & proponitur, n. 4. *&* 24.
Adiuncti iurisdictionem habent, num. 5.
Iurisdictio quid sit, num. 6.
Capitulo est iurisdictio civilis & criminalis in suos Capitulares, num. 7.
Loquendi communis usus ius facit, num. 8.
Adiuncti coniudices solent appellari, num. 9.
Adiunctum sequitur naturam eius cui adiungitur, n. 10.
Connexum habet principalis honorem, n. 11.
Additamentum participat de principali, n. 12.
Adiunctorum assensus necessarius eos facit principales cum Episcopo, n. 13. 14. *&* 16.
Adiuncti iuramentum præstant sicut alii Iudices, n. 15.
Trident. Sess. 25. *c.* 6. *vers. ne Iudicium eludatur, declaratur, num.* 16.
Adiunctus & Iudex ordinarius, & delegatus iure dicitur, numer. 17.
Adiunctorum & consilium, & assensus spectatur, n. 19.
Funiculus triplex difficilè rumpitur, n. 20. *&* 24.
Forma pronunciandi sententiam criminalem contra Capitularem in Ecclesiis Tirason. & Terulen. n. 21.
Sententia datur nomine unius ergo cæterì iurisdictione carent non valet, num. 21.
Suffraganei Iudices sunt in Concilio Provinciali, n. 22.
Trid. Sess. 25. *cap.* 6. *vers. Cæteris autem in rebus explicatur, num.* 22.
Exceptio debet esse de regula, n. 23.
Expressum plus operatur quàm taciturni, n. 25.

QUÆSTIO TERTIA.

An Adjunctis sit aliqua jurisdictio?

NEgativa videtur probari ex decis. Seraphini 1213. *vol.* 2. confirmata per eundem *in decis.* 1437. quam commemorat, & Gratianus *vol.* 1. *disceptat. Forens. c.* 100. *n.* 64. ubi † tenuit Rota sententiam Episcopi & Adjunctorum in 1
causis criminalibus contra Capitulares esse concipiendam sub hac forma. Ego N. Episcopus de consilio, & assensu N. vel N. & N. Adjunctorum ita pronuntio, quod sic Sacram Congregationem declarasse in causa Gadicen. jurisdictionis ipsemet Cardinalis refert, cuius relatio quanti ponderis sit, & momenti ex his colligitur, quæ de testimonio Cardinalium circa concessiones Pontificum ipsemet ex Staphileo *de literis iustitiæ*, §. *imprimis nu.* 97. adstruit *in decis. sua* 493. *in fine*, & tradit Navar. *cons.* 6. *n.* 8. *&* 9. *de testamentis.*

Potest suaderi ea ratione quia jure non constat prædictos Adjunctos habere jurisdictionem, non enim est bona consequentia, Episcopus procedit in præsentia, vel de consensu Capituli ergo habet jurisdictionem, quia & judex procedit de consilio Assessoris, † tamen Assessor jurisdictio- 2
ne caret, *argum. tex. in l.* 1. *ubi glos. fin. de off. Assessor.* quam rationem consideravit Bellamera *in c. Episcopus* 15. *q.* 7. *n.* 2.

Secundò, adducitur fundamentum ex Domino † Petro 3
de Caceres Episcopo Astoricen. in relatione contra Capitulum fol. 17. *à* §. *esto se vè*, ubi Episcopus Astoricen. argumentatur ex verbis dicti Capituli 6. ibi: *Capitulum in initio cuiuslibet anni eligat duos, de quorum consilio, & assensu procedere teneatur*: nullum enim verbum in hoc decreto reperitur jurisdictionem denotans in Adjunctis, quippe cum omnia verba ista ad Episcopum dirigantur non Adiunctos. Confirmat sententiam suam ex eodem cap. 6. ibi: *Cæteris autem in rebus Capituli iurisdictio, si qua eis competit, salva & intacta omninò eis relinquatur*. Quæ verba significare videntur jurisdictionem non competere Adjunctis in causis criminalibus, competere tamen Capitulis in causis civilibus.

Tertiò, & ponderatur † pro hac parte decisio Rotæ 10. 4
de præbend. in antiquioribus, Dominicus *in cap. in illis*, §. *fin. num.* 4. *in fine*, Felin. *in cap. non potest num.* 11. *de re iudic.* ubi cum docuisset Felinus assistentes Episcopi non posse vocari coniudices quorum consilium dumtaxat requiritur, subjungit, idem esse si Episcopus teneretur requirere consensum.

Contraria tamen sententia, † quæ verior est probatur, 5
Primò ex eodem c. 6. in illis verbis: *iuxta eam partem, cum qua tertius conveniet, articulus, in quo erat discordia, terminetur*: nam si apud Adjunctos non esset jurisdictio, quomodo possent ipsi articulū super quo erat discordia termi-

cap.4. sess.6. de reform. ut patet ex ejus principio, juncta re-
1 gula quod relatum † est in referente, *de qua in l. asse toto, ff. de hæred. inst. Authen. si quis C. de edendo decis. 27. num. 3. & decis. 40. num. 2. par. 2. diversf.* Sed text. *in d. cap.* 4. loquitur de Cathedralibus Ecclesiis & de his quæ supra Cathedrales sunt, ait enim Capitula Cathedralium & aliarum majorum Ecclesiarum : ergo in his tantum locum habebit dispositio istius capituli 6. quæ est favorabilis, sicut & in istis tantum locum habet prædicta dispositio capituli 4. quæ est odiosa, *argum. l. secundum naturam ff. de reg. iur. cap. qui*
2 *sentit eodem titulo in 6.* Corroboratur ex eo nam † quoties sermo habetur de favore & prærogativis Canonicorum, intelligetur de Canonicis Cathedralium, Burfat. *lib. 3. cons.* 289. *num.* 7. & quando Capitulum dicitur posse statuere, intelligitur & similiter de Cathedrali *glos. verbo statutum in cap. 2. §. 1. de verb. signif. in 6.* Abb. *in cap. cum omnes num.* 4. Felinus 9. & 10. *de constit. dec.* Rotæ authore Orano, cujus copia habetur apud Farin. *decis.* 658. *num.* 6. & si Deus permiserit dicemus latius *in Canonicali 2. par. cap.* 57. Interim quomodo hoc intelligatur vide lector amantissime apud Franciscum Suarez *de legibus lib.* 4. *cap.* 6. *à num.* 11. Contra-
3 ria sententia, quæ verior est † probatur ex eodem Concilio *d. c.* 6. ubi major jurisdictio Capitulo competens quàm expressa *in d. cap.* 6. limitatur & reducitur ad formam in eodem decreto præscriptam, ubi non distinguitur inter Cathedrale & Collegiale Capitulum, nec nos distinguere debemus *l. de pretio ff. de public. in rem act.* Rursus ex vers. si verò ubi cavetur quod exceptis dignitatibus & Capitularibus, reliquos Episcopi jurisdictioni omnimodè esse subjectos. Quis neget Dignitates & Capitulares esse in Ecclesiis Collegiatis, *cap.* 12. *in prin. & in vers. ortatur sess.* 24. *de reform. in genere.* Rursus & hæc dubitatio radicitus est stirpata in declaratione Card. *ad d. cap.* 6. ubi Farin. *vers. Capitula* & Marc. *lib.* 4. *tit.* 7. *c.* 20. *littera K*, si verum narrant, sic interpretes rescripserunt. Capitula uniuscujusque Ecclesiæ Collegiatæ ea omnia observare debent quæ decreta sunt in hoc Capitulo à Concilio Trident. & sub nomine processus intelligitur prima citatio, id apertè docet Augustin. Barbos. *in pastorali par.* 3. *alleg.* 73. *num.* 5. Confirmantur supra dicta ex *decis. Tirasonen.* coram Illustrissimo Merlino quam specificè refert Farin. *in recollectis decis.* 709. ubi in causa jurisdictionis Ecclesiæ Collegiatæ de Tudela declaratio proximè adducta roboratur ex traditis ibi, *num.* 3. & ex eo quod etiam Ecclesiæ Collegiales præscriptione acquirunt jurisdictionem ad latè tradita *in decis.* 2. *de præscrip. in novis.*

4 Non obstant in contrarium adducta † quibus respondetur specialem factam fuisse mentionem Ecclesiarum Cathedralium, & aliarum majorum non quia Concilium excludere voluit Ecclesias inferiores, quod esset absurdum ut inferior esset melioris conditionis quàm superior *cap. cum inferior de maior. & obed. l.* 4. *ff. quod vi aut clam*, sed quia lex semper respicit difficiliorem casum, *l. quod labeo ff. de carbon. edi.* Monter. *dec.* 50. *num.* 2. & 3. ubi plura cumulat, & adaptatur ad ea quæ frequentius accidunt, *l. nam ad ea ff. de legib.* raddit rationem Salas *de legibus disp.* 1. *sect.* 7. *à num.* 43. In Cathedralibus autem major solet esse jurisdictio, ut colligitur ex fundamentis *qu.* 5. idèo sermo Concilii principaliter meminit illarum, gratia exempli, quod legem non arctat ad tradita per Salas *de legibus disp.* 21. *sect.* 5. *num.* 21. & in Concilio Trident. *sess.* 24. *cap.* 20. §. *præterea*, ubi loquitur cum Episcopis, quos Synodus nominavit ob frequentissimum usum, sed intelligitur, & de quibus cumque aliis judicibus, ut Rota declaravit in decisione quam commemorat Maresc. 2. *var. cap.* 43. *num.* 2. & quando lex loquitur in aliquo, ratione frequentioris usus, non per hoc negat, quin idem sit in alio casu omisso, Maresc. 2. *var. cap.* 136. *num.* 5. Si eadem militat ratio, latè Flores *var.* 1. *cap.* 4. *num.* 15. & contrarium non probatur ex declaratione Cardinal. *ad d. cap.* 4. ubi Farin. *vers. Ecclesiarum*,
5 & Marc. *lib.* 4. *tit.* 7. *cap.* 2. quia ibi dictio † *etiam* includit & continuat, *l. nec quicquam* 9. *ff. de offic. proconf. l. pupillus*, 54. *ff. de oblig. & action.* not. Alber. *super eadem dicti.*

SVMMARIVM.

IVs resistere quando dicatur, num. 1.
Episcopus prætendens omnimodam probare tenetur, n. 2.
Navarrus hanc quæstionem affirmative tuetur, num. 3.
Formula erigendi Cathedralem, num. 4.
Novum Capitulum numquam omnimode subfuit Episcopo, num. 5.
Erecta Ecclesia, incompatibilia cum novo statu omnino excludit, num. 6.
Conditione mutata personæ extinguitur dispositio prima, num. 7.
Sæcularizationis Bulla num. 35. *declaratur, num.* 8.
Cathedralis Collegiatam Ecclesiam in multis præstat, num. 9.
Clausula sine præiudicio declaratur, num. 10.
Ius commune qui habet pro se agit de damno vitando, n. 11.
Subiectio Ecclesiæ non mutatur, mutato statu Ecclesiæ, num. 12.
Iurisdictio Adiunctorum est limitata exemptio, num. 13.
Exemptio non præsumitur, num. 14.
Sacræ Congregationis declaratio in hoc dubio, num. 18.
Tridentinum sess. 25. *cap.* 6. *vers. hæc autem omnia declaratur, num.* 15.
Dignitas de novo erecta intelligitur sine præiudicio, num. 16.
Regula de iure quæsito adest Episcop. qui plenum ius habebat, num. 17.
Quæstionis resolutio, num. 19.
Concordia Barbastren. & Turolen. num. 20.

QVÆSTIO VNDECIMA.

An Ecclesia post Tridentinum in Cathedralem erecta gaudeat Adjunctis?

VIdetur, quod sic quia in dubio præsumitur pro authoritate, potestate, & jurisdictione Adjunctorum, quibus jus assistit, & resistit omnimodæ & independenti Episcoporum subjectioni ut supra *quæst.* 1. latissimè probavi. Tunc autem † jus dicitur resistere quando aliquid est 1
contra legem scriptam, vel contra rationem ipsius legis, sive expressam, sive desumptam ad tradita per Felinum *in cap. statuimus num.* 3. *de maior. & obed.* quem in proposita specie sic sequuntur & declarant Puteus *in una Cæsaraugustana* 241. *lib.* 3. & Seraphin. *decis.* 802. *num.* 2.

Item, quia Episcopus prætendens omnimodam † ju- 2
risdictionem eam probare tenetur, quia habens contra se assistentiam juris ad probandum obligatur, *l. quoties, §. qui dolo ff. de probat.* & qui habet pro se juris assistentiam liquida probatione lætatur, & sine onere, Rebuf. *in tract. de congr. num.* 107. *ubi multos congerit*. Unde Episcopus non est manutenendus in possessione majoris jurisdictionis quàm probaverit exercuisse, Verallus *decis.* 212. *lib.* 2. quia communis est Episcopo & capitulo jurisdictio, Mantica *in una Conchen. dec.* 207. *num.* 2. *cap. Episcopus ubi glos.* 15. *qu.* 7. *cap.* 3. *de consuet. in* 6. *& infra qu.* 31. *num.* 15. Doctissimus Navarrus † specialius hanc quæstionem tuetur *cons.* 3. *num.* 6. 3
de offic. ordin. existimat enim decretum huius *cap.* 6. *sess.* 25. comprehendere Ecclesias tam exemptas quàm non exemptas, sive iam Cathedrales, sive de recenti in Cathedrales erectas.

Formula † qua concipitur erectio Ecclesiæ in Cathedra- 4
lem hanc partem similiter & suadet, nam talis est. Ac Episcopalem dignitatem, in Sede Episcopali omnibus & singulis Cathedralibus & Pontificalibus insigniis præeminentiis, honoribus, privilegiis, favoribus & gratiis quibus aliæ dicti Regni Ecclesiæ Cathedrales de iure vel consuetudine utuntur, potiuntur, & gaudent, & uti poterunt & gaudere possunt quomodolibet in futurum tenore præsentium erigimus. Hac formula erecta fuit Ecclesia Barbastren. de anno 1571. formulam erectionis Terulen. de anno 1577. videre non licuit. Similis tamen clausula *omni erectioni est communi*, nisi maior exemptio concedatur, qualis est illa, quæ fuit concessa Ecclesiæ Montis alti in Cathedralem erectæ à Sanctissimo Sixto V. *ut in eius constit.* 48. *par.* 2.

Dein-

5 Deinde pondero & † pro hac parte, id quod ponderavit & R. P. D. Sacratus, *in d. decis. Cæsaraugust. num.* 10. *quæ habetur supra post quæstionem* 1. scilicet capitulum de novo in Cathedrale promotum numquam omnimodæ iurisdictioni huiusmodi Episcopi qui de novo erigitur fuisse suppositum. Unde si procedere permittatur Episcopus cum adiunctis contra suos Capitulares nullam juris quæsiti patitur diminutionem, quia Ecclesia in Cathedralem erecta, novum corpus nascitur *cap. cum inferior de maior. & obed.* ubi Hostien. & Joan. Andr. *num.* 12. Cardin. *num.* 1. *opposit.* 8. Panormitan. *super glos.* 3. *in fine, & infra num. sequent.*

Firmior redditur & hæc pars animadvertendo inferio-
6 rem † Ecclesiam erectam in superiorem, omnia iura illa primæva, quæ compatibilia sunt cum recenti statu, conservate illæsa, quæ verò de iure non compatiuntur variato statu, variari & ipsa Oldrad. *cons.* 267. *num.* 3. Rota *dec.* 1. *num.* 3. *in fine de sepultur. in antiquis*, Geminianus *cons.* 125. *in fine*, Petrus de Perusio *de mut. Eccles. cap.* 3. *num.*
7 3. Rota *decis.* 21. *de præben. in novis*, & generale est † quod mutata personæ conditione, mutetur & extinguatur ius & dispositio prima, Anchat. *cons.* 143. *nu.* 5. Unde ex studio
8 † in Bulla nostræ Ecclesiæ Cæsaraugustanæ erectionis de regulari in sæcularem *num.* 35. salva, firma, & illæsa remanent omnia & singula privilegia, indulta exemptiones, & libertates dictæ Ecclesiæ, quando erat regularis competentes, provida sanctissimi dispositione prævenienti, nam aliàs mutato statu omnia mutata censerentur, & ideò cum de iure capitulum Collegiatæ in exercitio iurisdictionis non habeat aliquam participationem cum Episcopo pro ut habet capitulum Cathedralis, *ut toto titulo de his quæ fiunt à Prælat.* statim ac Ecclesia transfertur ad Cathedralem, mutantur ex necessario antecedenti omnia illa quæ ius commune diverso modo statuit in Collegiata, ac in Ca-
9 thedrali Ecclesia; nam posterior † status Cathedralis prior in multis præstat, ut si Deus permiserit dicemus in Canonicale *par.* 6. *cap.* 6. *& par.* 2. *cap.* 57. *& diximus supra qu.* 10. *num.* 2. & probat expresè text. *in cap. requisisti ad finem, vers. quoniam, de testam.* Præcedens consideratio fulcitur ex decisione Barbastren. coram D. Illustrissimo Lancel. *de anno* 1585. *die* 7. *Iunii* ubi diffiniit ius statuendi & exercendi iurisdictionem post novam erectionem esse regulandum pro ut in Cathedrali, & non pro ut in Collegiata, *& ex decisione* Seraphini 1445. *per totam, maximè tamen ex cap. cum inferior*, 20. *de maior. & obed.*

Ut plenius roborata sententia ista permaneat animad-
10 verto quod in omni erectione apponi solet clausula *sine præiudicio*, quæ est præservativa iurium, † Marescotus 2. *var. cap.* 137. sed non operatur in his quæ sui natura præiudicialia sunt, & in his quæ exprimuntur Mohed. *decis.* 263. *decis.* 785. *num.* 4. *par.* 1. *diverf.* Navar. *cons.* 1. *de maior. & obed. & de Regul.* 3. *in princip. num.* 10. Gratian. *discept. cap.* 558. *nu.* 7. *&* 14. & in his quæ iam sunt concessa, Cenedo *singulari* 100. *num.* 2. & optimè apud Casladorum *decis.* 1. *de privil.* nisi causa esset ignorata à Papa *dec.* 240. *n.* 20. *par.* 1. *diverf.* ignorantia autem non præsumitur in causis sui natura præjudicium afferentibus, Gratianus *suprà à dict. num.* 7.

11 Fulcitur denique † & ista pars quia is qui habet pro se ius commune agit, de damno vitando, & maiori favore dignus est, ad cumulata per D. Monter. ex Zepha. Dec. Gom. Lanz. *decis.* 17. *num.* 26. ergo Capitula Cathedralium, quæ de novo eriguntur in dubio Adjunctorum prærogativa gaudebunt.

Sed non multa desunt pro contraria sententia funda-
12 menta, illud † imprimis, quia etiam si muretur status Ecclesiæ, non tamen muratur subjectio Ecclesiæ, Innoc. & alii *in cap.* 2. *vers. monialium de capel. mon.* celebris text. *in extravaganti* 2. *de concess. præben. apud Ioan. XXII.* Vitalinus *in clem.* 1. *num.* 31. *de elect.* magis in specie Panorm. *in cap. dilectus num.* 9. *de cap. monachorum*, Oldrad. *cons.* 267. *num.* 3. expresè Rebuffus *in praxi de erectione in colleg. vers. & in hac erectione.*

Huic fundamento respondit R. P. D. Sacratus *in una Cæsaraugust. de qua supra post quæstionem* 1. *num.* 9. non habere locum Innocentii doctrinam quando Papa expresè mutat.

Sed confirmatur ex eadem decisione Sacrati cuius copia est apud Marchef. *de commis. nullit. decis.* 1. *num.* 2. *vers. non obstat, par.* 3. §. 4. scilicet † huiusmodi modum pro- 13
cedendi de Adiunctorum consilio, & assensu esse quoddam exemptionis genus licet limitatum. At exemptio † non 14
præsumitur, nisi probetur, Veral. *decis.* 328. *num.* 2. *lib. seu par.* 1. Lancel. *decis.* 631. *num.* 3. *in recollec. civil.* Farin. quippè cum semper standum sit pro iurisdictione Episcopi donec contrarium probetur, Roland. *cons.* 89. *num.* 35. *vol.* 2. Seraph. *decis.* 1449. *num.* 1. & Episcopus utatur de iure sua jurisdictione, etiam si non sit in possessione subjectionis contra eum qui allegat exemptionem donec contrarium probetur consuetudine, vel præscriptione acquisitum, Francus *in cap. cum personæ*, §. *si verò notab.* 2. ubi Ancharran. *num.* 6. *& notab.* 12. *de privileg. in* 6. quos refert & sequitur Rota *decis.* 145. *num.* 6. *par.* 2. *diverf.* plures congerit Riccius *resolut. practicabil. cap.* 54. *num.* 4. *limit.* 5. *& dec.* 211. *par.* 1.

Similiter, & ex Concilio † Trident. *d. cap.* 6. *sess.* 25. 15
vers. hæc autem omnia, ubi protestatur Concilium suæ intentionis non esse detrahere authoritati, & jurisdictioni Episcopis acquisitæ, idem definiit Rota *decis.* 743. *par.* 1. *diverf. & decis.* 305. *&* 321. *par.* 2. & apud Seraphinum *dec.* 493. detraheretur autem si Ecclesia prius omnimodè subjecta, Cathedralitatis jure limitatè Episcopo suo subjaceret, cum dignitas data † intelligatur sine alterius præjudicio, 16
l. 2. §. *si quid à Principe, & §. meritò ff. ne quid in loco publico, l. nec avus, C. de emancip. lib.* Episcopus autem † in non 17
procedendo contra Capitulares suos omnimodè, magnum præjudicium accipit, *ut in decis.* Coccini 770. *par.* 1. *civil.* Farin.

Sed omnia adhuc ponderata fundamenta facilè diluuntur, considerando Ecclesiam erectam in Cathedralem novam esse, Episcopum similiter & novum qui nullo modo potest dicere accipere præjudicium in jurisdictione, quàm dignitas Episcopalis, quæ non fuit numquam habuit *ad dicta suprà num.* 5.

Tota ergo vis huius sententiæ consistit in declaratione Congregationis Sacræ Cardinalium † cuius testimonium 18
est apud Farin. *vers. c. Capitula*, Marzilla *lib.* 4. *tit.* 7. *cap.* 20. *lit. K*, huiusmodi tenoris: Hoc decretum non pertinet ad Ecclesiam Cathedralem tamquam Cathedralem, sed tamquam exemptam, unde Ecclesia Collegiata erecta in Cathedralem non comprehendit hoc decreto. Quantum deferendum sit declarationibus Sacræ Congregationis infra latius *ad solutionem primæ dubitandi rationis quæst.* 17. §. *contra quam, num.* 30. & Barbos. *in pastor. par.* 3. *alleg.* 73. *num.* 5. *ponit eamdem declarationem.*

In huius quæstionis resolutione illud discrimen † adhi- 19
bebo, quod clarissimi Advocati Romani Merenda & Andreas postea Sacræ Rotæ Auditor interposuerunt consulti de veritate à Barbastren. iuris prudentissimo Episcopo, ut prima opinio sit observanda, nisi in erectione indulto aliter caveatur, quia tunc Ecclesia de novo erecta non comprehenditur sub hoc decreto. Quod si interroges cur si ius commune est servandum, Capitulum procedit cum Episcopo per Adiunctos ab illo nominatos? Respondeo cum Hostiensi *in cap. penult.* §. *fin. col.* 2. *in fine de concess. præben.* cum ius doctrinam fertur communiter secutam fuisse à Tridentino *in hoc cap.* 6. *vers. Possitque alter Episcopo accedere, Innctis his quæ docuimus suprà quæst.* 2. *num.* 7. *&* 8. scilicet maiorem partem Capituli censeri, quando est communis iurisdictio Episcopo tamquam Prælato, & Capitulo, si unus ex duobus nominatis ab isto, illi accedat. Ex
quibus † dubitationis resecandæ causa super adiunctis D. 20
D. Martinus Terrer huius Sedis olim Canonicus, Episcopus Terulen. unanimi sui Capituli consensu Adiunctorum confirmationem à Sanctissimo Paulo Papa V. *die* 28. *Iulii anno* 1614. impetrarunt eo modo quo huic Metropolitanæ Sedi Clemens Papa VIII. concesserat, non obstanti Sacræ Congregationis responso ejusdem Sedis D. Jacobo Ximeno

Epi-

QUÆSTIO QUINTA.

An Episcopo, vel nolente, vel non valente contra Capitulares delinquentes procedere, jurisdictio devolvatur ad Adjunctos?

1 AFfirmativa videtur probari † quia Episcopus & Capitulum de jure communi habent jurisdictionem contra Capitularem delinquentem; adnotata supra in q.1. ma-
2 ximè ex Mohedan. *decis.* 242. & 244. Sed † quoties eadem res duobus conjunctim pertinet, uno deficiente tota pertinet ad collegam, §. *si eadem res, in tit. deleg. at. optime in l. communi liberto, ff. de bon. libert. ibi, qui extra culpam fuerit solus bonorum possessionem habebit*, ergo renuente, vel impotente Episcopo soli conjudices jurisdictionem exercebunt, simili argumento utitur Rota *dec.* 270. *n.* 2. *p.* 2. *diversorum*.

3 Secundò, quia casus noluntatis † & impotentiæ parificantur, *l. pater severinam*, 101. *ff. de cond. & demonstr. l. Gallus* §. *& quid si tantum de liber. & posth.* ubi Costa 5. *p. n.* 4. *c. cum plures de offic. deleg. in* 6. maximè in actibus necessariis, ut ex Panor. Barbatia, & Decio resolvit Marescotus
4 *lib.* 1. *var. c.* 44. *n.* 3. & 9. Sed quoties Adjuncti † non possunt procedere, quia universum Capitulum deliquit tota devolvitur jurisdictio ad Episcopum, Seraph. *dec.* 1050. *n.* 6. Farinac. *ad d. c.* 6. *Sess.* 25. *vers. in dicto*, & Marcilla *lib.* 4. *tit.* 7. *c.* 20. *lit. N*, Ergo, & cum Episcopus, vel renuit, vel non valet procedere, jurisdictio devolvetur ad Adjunctos, *faciunt tradita infra q.* 6. & *q.* 33.

5 Sed contraria sententia quæ verior est † probatur, primo quia si conjudices, seu Adjuncti renuant procedere contra Capitularem non ad Episcopum, sed ad superiorem devolvitur jurisdictio, ut Domini Cardinales Tridentinæ declarationi præfecti respondetunt ore duorum attestanti, scilicet Farinac. *in d. c.* 6. §. *contra aliquem ex contentis*, & Marcilla *d. c.* 20. *litera K*, hoc expressius docet Marches. *de sign. grat. tom.* 1. *c.* 2. *n.* 265. ex Felino *in c. fin. nu.* 4. ubi ait, dato adjuncto ordinario, si discordes in pronunciando fuerint ad superiorem, perinde ac si ambo delegati forent recurrendum: ergo nec jurisdictio Episcopi recusantis procedere, devolvetur ad Conjudices.

6 Confirmatur consequentia † primò, quia ubi casus omissus est similis expresso ex conjecturata mente fit extensio de expresso ad omissum, ut resolvit Rota cum Dec. Tiraq. & Aymone *decis.* 141. *nu.* 6. *part.* 1. *diversorum*. Secundò, quia
7 † magis assistit Tridentinum in favorem jurisdictionis Episcopalis contra Capitulares delinquentes, quàm in favorem jurisdictionis Adjunctorum, *ut in dec.* 321. *n.* 2. *p.* 2. *diver. & diximus supra q.* 2. Sed ipsum jus commune plus favoris tribuit Episcopis *d. cap. irrefragabili*, §. *excessus de offic. ord.* quippe cum de jure habeat intentionem fundatâ respectu jurisdictionis, sive civilis, sive criminalis in tota sua Diœcesi, cujus dicti intelligentia petenda est à decisione Orani *in causa Burgen. iurisdictionis*, cujus copiam refert Farinac. *in recollectis criminalibus dec.* 105. *n.* 2. Tertiò confirmatur,
8 quia quoties † simultanee conceditur jurisdictio unus sine altero procedere non potest *c. prudentiam* 21. *ubi glos. verbo teneatur c. cum causa* 22. *cap. causam matrimonii* 26. *de offic. delegat.* docet Hostien. *in d. c. irrefragabili*, §. *excessus in vers.*
9 *& habent hæc locum*. Quartò confirmatur, † quia existente negligentia inferioris nolentis justitiam pattibus ministrare, devolvitur jurisdictio ad superiorem *cap. cum simus* 9. *q.* 3. *cap. Romana de supplen. neglig. in* 6. *c. Romana de appellat. eod. lib.* 6. docet Martha *de iurisdictione* 4. *part. casu* 146. *nu.* 1. & 12. *& infra*, & Felin. *in cap. pastoralis num.* 6. *de offic. ord.* dixit universum mundum tenere ut per negligentiam Episcopi devolvatur jurisdictio ad Archiepiscopum, eum sequitur, & alios refert Gratianus *disceptat. forens. c.* 169. *num.* 6. vel coguntur concordate de Bajulo assessore & scriba ad cumulata per Peguer. *decis.* 8.

10 Quintò, confirmatur † quia si Episcopus teneatur aliquid facere ramquam delegatus & non faciat, Tridentinæ Synodo præfecti declararũt quod potest ab eo appellari, vel ad Sedem Apostolicam ad disputata per Cenedo *qu.* 34. & per Riccium *resol. pract.* 449. vel ad alium superiorem recursus haberi Farinac. *ad Trid. sess.* 21. *de reformat. cap.* 4. *vers. quando*, & Marcilla *lib.* 2. *tit.* 7. *c.* 1. *lib.* 6. Sed Episcopus in hujusmodi causis non solùm ordinarius, sed judex delegatus reputatur decis. Roræ 743. *p.* 1. *divers.* ergo jam cautum est quid agendum sit casu quo Episcopus vel non possit vel recuset procedere, & non erit necessarium devolutionis ad Adjunctos remedium.

11 Secundò, † probatur sententia nostra quia si principalis id est, Episcopus non procedit, quomodo accessorii hoc est adjuncti procedunt? *Iuxta regulam legis final.* §. *cum mihi*, ibi: *Quia nisi à me vim accipiat obligatio, adiecto nihil poterit valere, De verb. obligat.* & melius *in l. nam cum.* 12. ibi non invenimus quis adjunctus sit quia non est qui petere possit *ff. de stipulat. servor.* sicut nec valet sententia data in favorem Adjunctorum, si principale hoc est exemptio non apparet Seraphin. *decis.* 493. Ex quibus hanc sententiam novissimè & expresè tenet August. Barbosa *in suo aureo Pastorali allegat.* 73. *num.* 9. *p.* 3.

12 Non obstant † argumenta in contrarium adducta. Ante quorum resolutionem sciendum est, duobus modis constare posse de noluntate Episcopi, vel Adjunctorum procedere recusantium vel triplici requisitione judici vel judicibus facta quæ necessaria est, ut notat Baldus *in cap.* 1. *tit. fit inter dominum & vasallum lis oriatur, & in c.* 1. *de milit. vasall. in usib. feud.* docet Martha *supra d. casu* 146. *n.* 22. Secundò si Episcopus neget expresè velle procedere, ut in electione simultanea ab Episcopo & Capitulo facienda probat Seraphin. *dec.* 1091. *nu.* 3. & latissimè prosequitur Gonzalez *reg.* 8. *glos.* 47. *n.* 37. & *glos.* 48. *n.* 42. Deinde animadvertendum est quod tunc intelligitur aliquis nolle quid facere quando requisitus & interpellatus declaraverit nolle facere vel recusaverit Ruin. *cons.* 184. *n.* 5. *vol.* 2. Berojus *cons.* 101. *num.* 7. *vol.* 2. quos sequitur Martha 3. *p. claus.* 98. Sic & in nostro Aragonum Regno ut dominos Rex possit exercere jurisdictionem in locis ordinum proprer Dominorum negligentiam ipsos incitativis litteris requirere debet, ut multorum testimonio comprobat Plebanus noster *verbo Domini numer.* 53.

13 Neque obstant supra positæ dubitandi rationes † quibus respondetur, casum omissum, qualis est præsens remanere in dispositione juris communis, *l. commodissimè, ff. de liber. & posth.* docet Seraphinus *d. decis.* 1050. *n.* 3. De jure autem communi quoties inferior non potest, vel non vult procedere superioris spectatur judicium, ut supra quod magis confirmatur † ex his quæ docet Bart. *in l. qui iurisdictioni* 10. 2. *lect. n.* 5. *de iurisd. omn. iud.* de duobus condominis vel sociis, ex quibus alter delictum perpetravit secum afferens privationem jurisdictionis, nam tunc superior jurisdictionem exercet, qui est loco illius vel substitutus qui simul jurisdictionem exercebit *argum. tex. in l. unica* §. *si autem C. de caduc. tollend. nisi hic vel substitutus relictum accipiat, vel conjunctus*, ex quibus cessant præcidtæ difficultates.

Pro hac quæstione videri etiam possunt quæ de duobus condominis aut conjudicibus disputant, Natta *cons.* 87. *lib.* 1. Rolan. *cons.* 16. *lib.* 2. & de duobus Alcaldis Bovad. *lib.* 5. *pol. cap.* 10. *num.* 38. & generaliter Jacobus de sancto Georgio *de feud. tom.* 10. *par.* 1. *num.* 4. *fol.* 181. Borrell. *in summa decis. tit.* 41. *n.* 208. & *tit.* 43. *n.* 1. *cum septem sequen.*

SVMMARIVM.

CAsus noluntatis & impotentiæ parificantur, n. 1. *declaratur, num.* 10.
Iuris & facti impedimentum pro uno habentur, n. 2.
Capitulum in causa amici sui non est iudex, n. 3.
Carnem suam nemo odio habuit, n. 4.
Episcopus non est iudex in causa sua contra Capitulum, numer. 5.
Vicarius generalis iudex esse non potest ubi nec Episcopus, numer. 6.
Capitulo non nocet delictum particularis, num. 7.
Capitularis unus qui non delinquit erit adiunctus Episcopi, numer. 8.
Electio devolvitur ad minorem partem si maior deliquit, num. 9.
Capitulum quando delinquat, n. 11.

QUÆSTIO SEXTA.

An solus Episcopus contra universum Capitulum delinquens procedat?

1 ET quod non possit procedere videtur probari ex eo † nam casus voluntatis, & impotentiæ parificantur *in iure l. gallus* §. *& quod si tantum de liber. & post. l. pater severinam*, 101. *de cond. & demonstrat. cap. cum plures de offic. deleg. in* 6. *diximus supra q.* 5. Sed quoties adjuncti sive conjudices renuunt procedere contra Capitulares non ad Episcopum, sed ad superiorem devolvitur jurisdictio, ut domini Cardinales Tridentinæ declarationi præsidentes responderunt testimonio Farinacii *in dict. cap.* 6. *sess.* 25. *vers. contra aliquem ex contentis*, & Marcillæ *lib.* 4. *tit.* 7. *cap.* 20. *lit. K*, ergo cum adjuncti ex Capitulo assumi non possunt ad superiorem erit recurrendum.

2 Quod confirmatur ex cap. uno delegatorum 42. † ubi *glos. magna de offic. delegat.* docens impedimentum juris & facti in simultaneè jurisdictionem exercentibus pro uno judicari, idem latius observat Decius *in cap. ex ratione nu.* 2. *de appellat.* Pro qua sententia est tex. *in cap. Sciscitatus de rescriptis*.

3 Nihilominus tamen contraria † sententia, quæ verior est, probatur imprimis de jure communi, secundum quod, si Episcopus processurus fuisset contra amicum, vel consanguineum aliquorum de Capitulo, in quibus esset major pars, eo casu Episcopus, non requirebat, nec consensum, nec consilium Capituli, ne fortè Capitulum amico, vel
4 consanguineo revelaret, quia nemo † carnem suam odio habuit *cap. non æstimemus* 13. *qu.* 2. imò trahit, & excæcat etiam superiores *c. grave nimis* 29. *de præbend. & dignit.* docet Panor. *in c. novit nu.* 6. *de his quæ fiunt à Prælat.* ubi Hostien. §. *aliorum & Cardinalis*, 3. Guido Papa *dec.* 96. *n.* 11.

Secundò probatur jure noviori ejusdem Concilii Tridentini cujus declaratores Illustrissimi Cardinales rescri-
5 pserunt super d. c. 6. quod si † universum Capitulum deliquerit, modo delictum non sit in personam Episcopi, vel in contemptum ejus, vel ubi Episcopus habet interesse, tunc solus Episcopus absque adjunctis possit procedere, ut attestatur Farinac. *ad d. c.* 6. *vers. in d. decreto procedat*, Marcilla *d. lib.* 4. *tit.* 7. *c.* 20. *lit. N*, & secundum hanc sententiam Congregationis Seraphinus judicavit decis. 1050. n. 6. Requiritur in hac declaratione, quod Episcopus non habeat interesse, ut possit solus procedere, quia in causa propria nullus judex constituit idoneus, *l. qui iurisd. ff. de iurisd. omn. iud.* Inno. *in d. c. irrefragabili n.* 1. Cardin. *n.* 4. *de offic. ord.* Seraph. *d. dec.* 1050. *n.* 6. *& facit tex. in c. gratum de postul. prælat.* quod ampliatur † ut nec ejus Vicarius generalis judex
6 esse possit ad Doctorum multitudinem cumulatam per Marches. *de appellat. extra Romanam Curiam* 1. *par. cap.* 6. *n.* 122. & 123.

Superior tamen sententia erit accipienda casu quo universum Capitulum deliquerit, non enim innocentes pro
7 nocentibus damnum pati debent, nec delictum † particularis Canonici debet præjudicium generare juri Capituli, cum aliud sit quod quid fiat veluti à particulari, aut veluti à Capitulo, Alexan. *cons.* 119. *num.* 12. *lib.* 4. quem refert & sequitur Seraph. *dec.* 1022. *n.* 4. nec conterranens sit puniendus pro aliquo delicto conterranei *glos. verbo vices* §. *quoniam verò in authen. ut nulli iudicum collatione* 9. Oldrad.
8 *cons.* 65. *in fine*, Aymon *cons.* 21. *n.* 8. Unde si sit † vel unus in Capitulo qui non deliquerit, iste procedet simul cum Episcopo, quia jus Collegii conservatur in uno, *l. sicut municipii, ff. quod quisque iuris c. si fortè dist.* 63. Hostien. *in d.* §. *excessus*, & plures alii quos refert & sequitur Seraphinus *decis.* 1050. *n.* 4. *Pro qua sententia est tex. in l.* 3. *ff. de interdictis & releg. l. filiam, ff. de senat.* quibus juribus docemur singularis contraventionem non tollere jus communitatis à Panormitano *in d. c. accedentibus n.* 5. *de privileg. & ab eodem in d. c. cum accessissent nu.* 8. ubi Felinus *n.* 29. *vers.* 3. *limitat.* & Decius *n.* 24. *de constitut.*

Quod confirmatur † exemplo sumpto ab electione, quæ 9
devolvitur ad partem minimam Capituli propter delictum majoris partis, *ut argumento text. in c. gratum de postul. prælat.* docet Panormitanus *in cap. cum nobis n.* 9. *vers. ultimo, de electione*.

Neque obstat † supra posita dubitandi ratio scilicet 10
æquiparatio casus voluntatis, & impotentiæ & impedimenti juris & facti, quæ ita demum patiformiter determinantur, si voluntas dispositoris accesserit, ut Emanuel Costa probat *in d.* §. *& quid si tamen* 5. *par. n.* 4. *per tex. in l. cum proponas, C. de hæred. instit. & per tex. in d. l. si pater Severinam*, & non semper idem operatur voluntas, ac impotentia, *l. unus*, 34. *l. & Attilicinus*, 35. *ff. de serv. rust.* notat Dec. *in d. c. ex ratione n.* 2. *de appellat.* prosecuti sumus supra q. 5.

Pro complemento observandum est quando dicatur universum Capitulum delinquere † & in hoc puncto quicquid 11
dici possit optimè congerit Curia Pisana *lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 1. *ad* 6. Tuschus *lit. V, concl.* 349. optimè Magonius *decis. Lucen.* 72. ubi distinguit tripliciter universitatem delinquere committendo, ratum habendo, & omittendo. Sed quid si faciendum quando unus ex Adjunctis deliquit, consule Doctores Borrel. *in summa dec. p.* 1. *tit.* 43. *num.* 2. Jacob. de S. Georgio *de feud. tom.* 10. *par.* 1. *nu.* 4. *fol.* 181. optimè Gaspar Valasc. *in l. imperium de iurisd. n.* 282. *vol.* 1.

SVMMARIVM.

REnuntiatio valet gratiæ cum decreto irritanti, n. 1.
Immunitas Ecclesiæ renuntiari potest n. 2. *declara, ut n.* 10. & 12.
Renuntiatio in dubio non præsumitur, n. 3.
Ordinarii iurisdictio prorogari potest ab exempto, n. 4.
Renuntiatio tenet sine præiudicio alterius quam renuntiantis, n. 5. & 10.
Vniversitas non læditur ab incolis qui pœnam solvunt, n. 6.
Prima instantia renuntiari non potest, n. 7.
Dispositio contra decretum irritans nulla est, n. 8.
Domus Episcopi an gaudeat immunitate, n. 11.
Privilegium facilius renuntiatur, n. 13.
Renuntiatio quibus casibus valeat, vel non, n. 14.

QUÆSTIO SEPTIMA.

An singuli de Capitulo renuntiare possint Adjunctorum favori?

ET posse videtur per Capitulares hujusmodi gratiæ renuntiari, nam quilibet † potest renuntiare gratiæ pro 1
se introductæ etiam irritanti decreto confirmatæ Sarnen. *reg. de triennal. q.* 49. *n.* 11. Cassad. *decis.* 2. *de decreto in reservatione*, quos refert, & sequitur Seraphinus *decis.* 341. *nu.* 4. quæ sententia vallatur ex multis juribus, quibus cavetur juris sui renuntiationem valere, & tenere, *l. pacisci* 31. *l. pactum inter hæredem* 46. *ff. de pactis l.* 1. *ff. de feriis l. si iudex ff. de minoribus l. ultima* §. *penult. ff. ad Beleian.*

Corroboratur & hæc sententia, nam immunitas † con- 2
cessa Ecclesiæ in *c. sicut antiquitus, in c. frater. cap. miror. c. quisquis* 17. *q.* 4. *cap. inter alia, c. fin. de immun. Eccles.* per delinquentem renuntiari potest, qui ita demum immunitate gaudet si noluit ab Ecclesiis extrahi, ut in dictis juribus, & latius comprobant Decianus *in praxi criminali lib.* 6. *p.* 2. *cap.* 25. Ambrosinus *de immunitat. c.* 1. *n.* 2. & tamen certum est hujusmodi immunitatem concedi loco sacro ob reverentiam religionis Decian. *in c.* 1. *n.* 14. *in d. praxi*, novissimè Gambacurta *de immunitat. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 32.

Contraria sententia, quæ verior est, probatur ex sequentibus, primò nam quælibet interpretatio sumenda est potius, quàm admittatur † renuntiatio juris sui ad tradita per 3
Decium *cons.* 308. *n.* 8. Tiraq. *in retractu linagier*, §. 36. *glos.* 2. *n.* 50. quos sequitur Seraphinus *dec.* 324. *num.* 5.

Secundò, quia hi qui † sunt immediatè subjecti Sedi 4
Apostolicæ possunt prorogare jurisdictionem judicis ordinarii, & ei se submittere ad tradita per Federicum *cons.* 14.

Felinum *in cap. cum omnes nu. 8. de constit.* Jas. *in l. si unus §. pactus ne peteret num. 9. ff. de pactis*. Taliter † tamen qualiter hujusmodi renuntiatio non redunder in præjudicium alterius quàm prorogantis Geminiauus *cons. 83. nu. 9.* Corneus *cons. 214. nu. 8. lib. 2.* Ferretus *cons. 102. n. 18.* quos sequitur Seraphinus *decis. 595. n. 7.* Ergo, cùm Capitulares habeant hoc jus à Papa, ut sine consilio & assensu nominandorum ab ipsis contra Capitulares Episcopus procedere nequeat, in Capitulorum præjudicium renuntiatio facta à Capitularibus non valebit ad tradita per Mandellum *consil. 74. num. 3.* quem sequitur Seraphin. *decis. 324. num. 5. Pro qua sententia est textus in cap. cum tempore, §. final. de recept. arbitr.* plures congerit in eandem sententiam auctores Valenzuela *cons. 43. numer. 86.* maximè quia generalis regula est renuntiationem non valere, quæ resultat in alterius præjudicium, Barth. *in l. penultim. nu. 3. versic. 2. casus C. de pactis*, Seraphinus *dec. 341. n. 7.* ut de renuntiatione ususfructus in præjudicium creditoris. Dominus Reg.
6 Sesse *decis. 127. n. 26. p. 2.* docet & incolæ † pœnam solvendo non præjudicant Universitati, *l. sicut §. 1. ff. quod cuiusque univers. dec. Rota cuius copia est in colletis civil.* apud Farinac. *decis. 712. n. 5.*

Tertiò, quia jus ordinariorum, ut in prima instantia
7 † procedant non obstante etiam legatorum de latere inhibitione nullo modo à partibus potest in eorum præjudicium renuntiari, *iuxta declarationem à Sacra Cardinalium Congregatione latam ad cap. 20. Sess. 24. de reform.* ubi Farin. refert *versic. sunt tractandæ tradiderat*, & Paz *in praxi tom. 2. prælud. ultimo n. 18.* sequitur Marcilla *lib. 4. tit. 5. c. 6. litera C*, Barbosa *ad d. c. 20. n. 4.*

Quartò, quia decretum istud habet clausulam annullantem processum aliter factum contra Capitularem delinquentem quam cum consilio, & assensu Adjunctorum, ut constat ibi. Alias inde secuta nulla sint, nullosque juris producant effectus. Sed privilegium, seu decretum clausula irritanti munitum renuntiari non potest *glos. in c. statutum §. in nullo quoque, ver. expressus de rescript. in 6.* quam sequitur Cresc. *dec. 4. nu. 3. de privileg.* Mand. *de sign. grat. tit. de exemptis ab Episcopo, §. exemptio*.

Quintò, quia Abbas non potest renuntiare exemptionem ab ordinario sine sui Conventus licentia *decis. 22. n. 8. par. 2. divers.* quam refert Cened. *q. 12. num. 10.*

8 Non obstant † supra considerata, quibus respondetur ex traditis à Doctoribus d. cap. si diligenti non posse renuntiari privilegio in favorem renuntianti, & alterius introducto quale præsens inspicitur ad tradita *per glossam verbo pacto in dict. cap. si diligenti*, ubi Panormitan. *nu. 7.* & Felin. *à num. 2.* pluribus exemplis confirmat Azor. *institut. moral. lib. 5. c. 22. de privileg. q. 10.* maximè si non est separabile tertii præjudicium quoniam subjectio eorum ad dolorem nostrum injuriamque nostram porrigitur, *l. 1. & 2. & 3. ff. de lib. cau.* hoc ipsum clarius docet Fuscus *de visitatione lib. 2. c. 20. num. 21.*

9 Neque obstat id quod † immunitate Ecclesiæ à delinquentibus renuntiabili proponebam, nam respondeo immunitatem esse concessam Ecclesiæ non simpliciter, sed secundùm quid, si delinquentibus immunitate gaudere placuerit. Neque obstat doctrina Deciani d. num. 14. nam intelligitur in casu quod loquitur, scilicet in quæstione an
10 Domus † Episcopi vel Canonici quæ intra 40. passus Ecclesiæ non continetur, immunitate gaudeat pro delinquentibus, & confugientibus, quo casum verum est dicere privilegium locis, sed non personis esse concessum. Rursus †
11 & respondetur non ita clarum esse, quod immunitas possit renuntiari à confugientibus ad Ecclesiam, cùm contrarium suadeatur à copiosè congestis per Mastrill. *dec. 169.* Nos loquimur in casu quo exemptio datur Capitulis in recompensam aliarum exemptionum ipsis competentium, quibus Sancta Synodus derogavit, ut considerat Navar. *cons. 3. de offic. ordin.* Piafetius *in praxi Episcopali 2. p. cap. 2. num. 9. & nos diximus supra quæst. 1. fundam. 8.* quæ exemptio non ita facile renuntiari potest, cùm ei assistat jus, si
12 cut privilegium cui † facilius renuntiatur, ut considerat Ant. de Mathæis *de prorogat. §. tertium num. 10. in fin. argumento tex. in l. eius militis, §. militia missus, ff. de milit. testa.* Quibus casibus † juri suo quis renuntiare valeat, amplian- 13
do & limitando definit. Vivius *dec. 516.*

SVMMARIVM.

Consensus tacitus ex factis, expressus resultat ex verbis, num. 1.
Voluntas non significatur magis verbis quàm factis, n. 2.
Verba præter intentionem proferuntur, n. 3.
Consensus ubi requiritur pro forma est necessarius expressus, num. 4.
Forma quando requiritur ad consensum, num. 5.
Clausula non aliter inducit formam, num. 6.
Consensus ubi requiritur necesse est ut præcedat, n. 7.
Parochi licentia ad matrimonium debet præcedere, n. 8.
Intellectus c. 6. sess. 25. ibi consilio & assensu, n. 9.
Silentium in arduis non inducit consensum, n. 10.
Forma ubi requiritur per æquipollens non impletur, n. 11.

QUÆSTIO OCTAVA.

An tacitus Adjunctorum consensus sufficiat, vel requiritur expressus?

NAm tacitum sufficere Adjunctorum consensum videtur, cùm † tacitus consensus sit qui resultat ex fa- 1
ctis, expressus qui resultat ex verbis, *glos. verbo non contradicentibus vers. 2. nota casum in Clement. sepè de verb. signif.* Castrens. *in l. si convenerit num. 6. vers. ego limito de iurisdicti. omn. iud.* Dec. *in cap. dilecti 52. de appellat. num. 2. vers. nota tamen*, Gonzal. *reg. 8. glos. 47. numer. 32.* Sed voluntas † 2
plus demonstratur factis quàm verbis *d. cap. dilecti l. de quibus ff. de legibus l. non vult 8. ff. de reg. iur.* ubi Decius *num. 9. & facit text. in cap. gratum de offic. delegat.* & tradit Rota *decis. 15. de off. deleg. in novis*, quia verba † sæpè numere 3
contra intentionem proferuntur Panor. *cons. 116. lib. 2. nu. 3.* & taciti, & expressi idem est judicium, *l. 3. ff. de reb. cred.* ergo, sufficit tacitus consensus.

Nihilominus contraria sententia, quæ verior est probatur ex eo † quod ubi requiritur consensus pro forma, non 4
sufficit tacitus, sed est necessarius consensus expressus *glos. verbo mandatum in c. cum ab uno*, ubi Geminian. *n. 2. de re iudic. in 6.* Panor. *in c. dilecti n. 10. de arbitr. art. 6.* latissimè Lambert. *de iure patron. lib. 1. p. 1. q. 2.* Ludov. Gomez *in reg. de impetra. benef. per obitum famil. q. 11. n. 2. in fine*, & plures alii quos refert & sequitur Gonzal. *reg. 8. glos. 47. num. 21.* præ aliis Monet. *de commutat. c. 7. n. 387.*

Tunc autem requiritur pro forma consensus, † vel quando dispositio requirens consensum tendit in favorem publicum Bart. *in l. 1. §. sed filius num. 2. & 3. ff. deleg. 3.* Felinus *in cap. edoceri num. 7. de rescrip. in fin.* Abb. *in cap. causam matrimonii, num. 6. de offic. delegat.* & plures alii quos refert & sequitur Gonzal. *d. glos. 47. nu. 31. & 32.* vel quando lex prohibet aliquid fieri sine alicujus consensu Bart. *in l. gallus in principio, ff. de lib. & posth.* Imola *in cap. cum vos de his quæ fiunt à Præla.* Vel quando lege † cavetur, non aliter, 6
nec alio modo aliquid fieri, quo etiam casu inducitur forma, ut latissimè Martha *de clausulis clausula 51. n. 3. par. 3.* Suarez *de legibus lib. 5. c. 32.* Ergo, cùm dispositio hujus capituli 6. sit propter favorem publicum *ad tradita supra q. 1. maximè fundamento 14. & 15.* & cùm mandet non procedi sine consensu, & non caveat processum aliter factum nullos producere effectus, sequitur ut consensus expressus sit necessarius, nec sufficiat tacitus.

Imò in ipso actu erit necessarius consensus † & subse- 7
quens, vel ratificans non sufficiet, argumento eorum quæ tradit Rebuf. *in compend. alienа n. 15.* & plures alii quos sequitur Gonzal. *d. glos. 47. n. 34.* quia est necessaria expressio, ut subsequens consensus sufficiat *cap. 11. de iure patr. §. tutor instit. de auctor. tutor.*

Superius dicta eo exemplo confirmantur, nam licentia
† Parochi pro contrahendo matrimonio requisita in Tri- 8
dent. Sess. 24. de reformat. matr. cap. 1. cùm vim habeat ex-

expressi consensus ad tradita per Lapum *alleg. 86. num. 3.* Alex. *in l. 2. §. voluntatem num. 4. ff. solut. matr.* Franc. *in cap. 1. §. ubi verò num. 6. Ne sede vacan. in 6.* non aliter interposita censetur, quàm si expressis verbis fiat, nec sufficit tacita litentia, quæ resultat ex tollerantia, sed requiritur, vel commissio generalis ad administranda sacramenta, vel expressa, seu specialis licentia, ut Sacram Congregationem declarasse declarationis copiam recesentes attestantur Gonzalez *d. glos. 47. num. 51.* Farinac. *ad d. cap. 1. §. seu Ordinarii*, Marc. *lib. 3. tit. 15. num. 4.*

9 Et confirmatur ex eodem cap. 6. dum requirit † consilium et assensum Adiunctorum, ad significandum, quod licet consentire videatur is qui consulit *cap. 1. de offic. ord. c. minor dist. 50.* nihilominus debet hoc expressis verbis significare *ad observata supra quæst. 3. ad solutionem 3.* Quæ sententia confirmatur ex traditis à Joanne Andr. et Cardin. *in cap. nobis de iure patr.* quos sequitur Lambert. *in eodem tit. lib. 1. par. 1. qu. 2. art. 6. num. 2. prope finem*, scilicet quod minus est tacitus consensus quàm consilium, quia istud petitur secundum frequentiorem usum, facit et simi-
10 liter † vulgaris doctrina scilicet taciturnitatem non inducere consensum in arduis, Abbas *in cap. in causis num. 3. de elect.* quem sequitur Grillenz. *cons. 153. num. 53.*

Non obstat supra posita dubitandi ratio, cui respondetur, quod cùm requiratur consensus † pro forma, ut supra diximus non sufficit adimpleri per æquipollens, *l. qui per salutem, ff. de iure iur an.* Germonius *in tractatu de indul. §. Hieronymo num. 31.* Hugolinus *de irregular. cap. 6. §. 8.* Bardaxi *in commentar. ad titul. coram quibus Domus Rex in prin. num. 2.*

SVMMARIVM.

Capitulum repræsentatur ab Adiunctis, num. 1.
Causæ suspicionis, num. 2.
Adiuncti possunt recusari partis iuramento, num. 3.
Concilium Provinciale recusari potest, num. 4.
Intellectus cap. 1. de iud. num. 5.
Vniversitas sine magna causa non potest recusari, num. 6.
Communio generat discordiam, num. 7.
Recusatio potest dari propter levem causam, num. 8.
Doctor est intelligendus iuxta allegata ab illo, num. 9.
Vniversitas non est iudex suspectus in causa Collegialis, num. 10.
Canonicus in causa Canonici est iudex suspectus, num. 11.
Episcopus in causa suæ Ecclesiæ iudex esse quando possit, num. 12.

QUÆSTIO NONA.

An Adjuncti, ut suspecti possint recusari?

VIdetur non posse recusari, quia Ancharran. *in cap. irrefragabili not ab. 7. num. 5. de offic. ord.* quem refert et
1 sequitur Mohedan. *decis. 242.* ait Capitulum non posse iudicem suspectum recusari: ergo nec Adiuncti † à Capitulo electi qui Capitulum repræsentant, *argum. text. in l. sed si hac 10. §. qui manumittitur ff. de in ius vocan.*

Nihilominus contraria sententia verior est scilicet, quod
2 † concurrentibus causis ob quas Judices tanquam suspecti recusantur, *de quibus in glosa 1. in cap. causam 18. de iud.* per Cæsarem de Grassis *decis. 4. num. 5. de except.* Zevallos *quæst. communi 347. tom. 1.* Maceraten. *1. var. resolu. cap. 84.* præ omnibus causas 84. recenset Novarrius *collectanea dec.*
3 *214. num. 8.* possint et Adiuncti † recusari à parte et solo iuramento, Bart. *in l. duo iudices, 28. ff. de re iud.* Annania *singulari 15.* quos refert, et sequitur Gratianus *discept. Forens. cap. 100. num. 49.* Pro qua sententia facit quod et Con-
4 cilium † Provinciale recusari potest, *cap. quod suspecti 15. §. veniamus 3. quæst. 5.* Sicut ex Civitas et Universitas, *Clement. Pastoralis de re iud. cap. statutum, §. cum verò de rescrip. in 6. cap. licet ex suscepto de for. compet.* Rolandus à Valle *cons. 6. num. 110. vol. 3.* et plures congregavit Quaranta *de*
5 *Concilio Provinciali qu. 35. num. 12.* Pro qua † sententia est text. *in c. 1. de iud.* ubi ea de causa interrogatus fuit Episcopus an vellet experiri, ne postea auditetur allegans suspectum Concilium si semel illud approbasset ad tradita per Staphileum *de sign. cap. 22. de processu contra intrusum n. 2.* Lanfrancum *in cap. quoniam contra, §. recusationes num. 1. de probat.* Mandosium *commiss. 3. §. Adiunctum.*

Verum est † magnam recusationis causam desiderari 6
ad recusandam universitatem *d. cap. fin. 3. quæst. 5.* Rebuf. *de recus. art. 9. num. 47. tom. 3.* et plures quos refert et sequitur Quaranta *de Concilio Provinciali quæst. 35. num. 12.*

Secundò, et pro eadem sententia facit quia discordia † 7
oriri solet excommunicatione rerum, *l. cum pater §. dulcissimis de leg. lib. 2.* docet Aristoteles *2. polit.* S. Thom. *2. 2. qu. 66. art. 2.* Cassaneus *in Catalog. glor. mund. p. 12. consideration. 36.* Ang. *consil. 179. in princ.* Magon. *dec. Floren. 64.* et facit illud Ovid. *1. Metamor. Fratrum quoque gratia rara est*, et esset æquitati et rationi contrarium non posse suspectos recusari Adiunctos, quibus cum discordiæ sic proxima causa esse potest, cùm nihil formidolosius sit quàm coram suspecto iudice litigare *dict. cap. quod suspecti 15. 3. quæst. 5.* Et cum propter † levem iniuriam, in iudicem quis possit 8
recusari, Gratianus *discep. forens. cap. 28. num. 27. & 28.* et Princeps suspecti iudicis impedire non debeat recusationem, Panorm. *in cap. Secundo requiris num. 3. de appell.* iniquum esset talem recusandi facultatem Capitularibus esse ademptam.

Non obstat supra posita dubitandi ratio quia Doctor † 9
est intelligendus secundùm authoritatem quam allegaverit Covar. *2. var. cap. 6. num. 4.* Menoch. *de retinend. remed. 3. num. 270. dec. 52. num. 36. par. 2. divers.*

Ex juribus † autem allegatis ab Ancharrano *dicto notabilis 7.* cujus doctrinam sequitur Mohedan. *d. decis. 242.* colligitur, non negare, Universitatem posse recusari suspectam à particulari membro ipsius Universitatis, sed quod 10
non debeat haberi suspectum Capitulum ex eo quod iudicet in causa fratris nam videbatur dicendum † contra- 11
rium cum Canonicum in causa Canonici iudex suspectus sit, *ex notatis in cap. cum R. Canonicus 35. de offic. deleg.* per Abbatem *in cap. cum venissent num. 10. de iud.* per Ubamensium *de rescrip. cons. 4. num. 4. & de appellat. cons. 181. num. 5.* Farinac. *2. vol. quæst. 60. num. 460.* & dum Anchar. allegat pro hac sententia textum *in l. sed si hac 10. §. qui manumittitur ff. de in ius vocand. & l. sicut municip. ff. quod cuiusque Vniversit. nom.* vult significare hoc ipsum quod in illis legibus continetur scilicet quod causa particularis non est causa Universitatis, unde Universitas non erit judex in causa propria, & sicut Episcopus † in causa suæ Ecclesiæ judex 12
non censetur suspectus, Tuscus *litera E, concl. 257.* latissimè Riccius *decis. 144. par. 1.* & Rex litigans cum subdito, ad digesta per Cabedo *decis. 76. Portug. par. 2.* sic nec Capitulum in causa Capitularis, adhibita semper distinctione, an sit causa Ecclesiæ, an sit personalis, ut Riccius *d. decis. 144. num. 2.* illud pro coronide observa, quod uno ex conjudicibus recusato ut suspecto alii de suspicionis causa cognoscunt, Novarius *collectan. 214.* quid si præses recusetur suspectus, An reliqui cognoscent? decidit Marius Giurba *decis. 27.*

SVMMARIVM.

Relatum est in referente, num. 1.
Canonicorum appellatio in favorabilibus significat Cathedrales, num. 2.
Adiunctorum decretum comprehendit & Collegiatas Ecclesias, num. 3.
Intellectus cap. 4. sess. 6. in prin. num. 4.
Dictio etiam est continuativa, num. 5.

QUÆSTIO DECIMA.

An decretum hoc habeat locum in Cathedralibus dumtaxat?

AFfirmativa videtur probari ex eo nam text. in hoc *cap. 6. sess. 25. de reform. in genere*, se se refert ad *text. in cap. 4.*

nare quando tertius cum eis consensit.

6 Secundò, quia jurisdictio † est potestas de publico introducta cum necessitate juris dicendi & æquitatis statuendæ, *glos. in l.* 1. ubi Bart. *de iurisd. om. iud. glos. magna in §. iusiurandum in authen. de defens. civit. col.* 3. pluribus exornat Camillus Borrellus *tit.* 41. *n.* 3. 27. & 28. Sive est facultas administrandæ justitiæ & æquitatis statuendæ, *l.* 1. §. *damus, ff. de suspect. tut.* ut declarat Martha *de iurisd.* 1. *p. c.* 8. *in principio*. Quodcumque istorum jurisdictio sit. Adiuncti isti de jure interloquuntur, & definiunt cum Episcopo, ut in *d. c.* 6. *vers. quod si ambo*; ergo jurisdictionem exercent.

7 Tertiò, quia † tam in causis civilibus, quàm criminalibus jurisdictio competit Capitulo contra Capitularem, & talis ut non possit tanquam suspectum revocari, Mohedan. *decis.* 242. *quod disputabitur infra q.* 8.

8 Quartò, quia † communis loquendi usus facit jus, *l. librorum*, §. *quod tamen Cassius delegat. lib.* 3. & communiter isti de quorum consilio, & assensu Episcopus procedere tenetur, vocantur † vel Adiuncti, *ut in cap.* 4. *Sess.* 6. *de reform.* vel coniudices ut *in declaratione Cardinal. ad d. c.* 4. *Sess.* 6. & *c.* 6. *Sess.* 25. & *in una Illerden. coram Domino Iusto de anno* 1602. *die* 3. *Novembris, cuius copia est p.* 1. *recen. dec.* 57. & 168. Si coniudices vocantur, ut in dictis juribus res est in

9 tuto, illis competat jurisdictio, si adiuncti, Adiunctum † sumit naturam eius cui adiungitur, *l. sed & si adiunctus, ff. pro socio, l. fin. ff. de vino, & trit.* notat Albericus *in l. ex hoc iure*

10 *col. penult. vers. ad contraria de iust. & iur.* & connexum † participat eundem honorem, ac principale, ut exornat Cassaneus *in Catalogo glor. mund.* 4. *p. consid.* 32. §. 3. *vers. sed ratione*, Sicut † additamentum participat de principali, Panormn. *in c. cum olim n.* 2. *q.* 10. *de maior. & obed.* Ergo aut Episcopus jurisdictione caret, aut quod Adiuncti Episcopalis jurisdictionis participes fiant necesse est.

Confirmatur ex eo, quia negari non potest Adiunctorum † consensum requiri, ut Episcopus criminaliter contra

11 Capitulares procedat, ut in d. c. 6. Sed ubi requiritur consensus alicuius æque principalem facit requisitio eum qui consentire debet Achilles de Grassis *dec.* 2. *de offic. ord. nu.* 8. Mandosius *de signat. iust. commis.* 30. §. *Adiunctum q.* 2. Ergo, sicut Episcopus jurisdictionem, sic & Adiuncti, sive Coniudices habent.

15 Quintò, quod Adiuncti † iuramentum præstare debent sicut & alii Judices de benè & fideliter se habendo Rebuff. *de nominat. q.* 11. *n.* 4. quem refert & sequitur Borrellus *in in summa decisionum tit.* 60. *n. fin.*

16 Sextò, nam in d. c. 6. Trident. † cum dicitur Episcopum solum posse procedere ad capturam Capitularium in criminibus incontinentiæ, ubi de fuga timetur, ratio redditur his verbis: Ne judicium eluforium reddatur, non dixit eius judicium, sed judicium in genere, quia non solus Episcopus in illa causa est judex, sed & Capitulares Adiuncti *argumento eorum, quæ tradit glos. in c. Episcopus* 15. *q.* 7. *per tex. in c. Scitote*, 6. *q.* 3.

17 Septimò, quia quoties judex † datur adiunctus alicui Tribunali, si nominatur à Principe talis nominatus appellatur Judex delegatus, si à lege ordinarius Judex vocatur, Felin. *in c. cum ex officii n.* 31. *de præsumpt.* & alii quos refert, & sequitur Castillo *decis. Sicul.* 87. *num.* 1. & plures quos refert, & sequitur Gratianus *discept. Forens. c.* 100. *n.* 49.

Ultimò, quia Judex controversiam, seu litem super inquisitionibus ab Adiuva non signatis (sic vocatur adiunctus) dirimere non debet, Paponius *lib.* 9. *tit.* 1. *arresto* 37.

Non obstat primum argumentum, quia verius est Capitularibus Adiunctis jurisdictionem competere ad procedendum criminaliter contra Capitulares, ut videntur voluisse Archidid. & Turrecrem. *in cap. Episcopus* 15. *qu.* 7. & *probavimus satis supra*. Et argumentum ab Assessoribus ni-

18 hil præstat quorum † consilium spectabatur in jure non assensus, *ut in l.* 5. *ff. de offic. Assessoris*, in cuius paratitla hoc ipsum observat Vvesembechius auctor damnatus, sed propter juris scientiam permissus, unde Assessores non immeritò judicum nomine carent, ad tradita per Felin. *in c. non potest, n.* 11. *de re iud.* Adiunctorum † verò non solùm spectatur consilium, sed & assensus, ut in d. c. 6. Et ideò judices appellantur ad tradita supra, & ex Mohedan. *dec.* 242. & merito † quia duplex vinculum, & funiculus majori radice 20
nititur Achiles de Grassis *dec.* 3. *de pactis n.* 4. & geminatio plus operatur, *l. Ballistra ff. ad Trebel.* Salicetus *in l. si servum vers. exemplum, ff. de novat.* Alex. *cons.* 118. *n.* 5. *in fin. vol.* 5. Gozadinus *cons.* 14. *nu.* 22. & triplex funiculus difficilis rumpitur, juxta illud Ecclesiastici cap. 4. quæ non improbat Seraphin. *d. dec.* 1213. Sed nititur probare efficacissimè maiorem & præcipuam jurisdictionem, & auctoritatem penes Episcopũ esse, & ideò sententias, & decreta concipienda esse sub eius nomine maximè in Ecclesia Carthaginen. de qua decidebat Seraphinus, ubi secundùm ultimum statum Episcopus erat in possessione pronunciandi sententias contra Capitulares delinquentes non simultaneè, sed de consilio, & assensu Adiuncti, qui ultimus status plurimum juvat in quasi possessione *c. cum Ecclesia de caus. possess. c. consultatio, de iure patr.* Oldrad. *cons.* 312. Abbas *cons.* 54. *lib.* 1. Roland. *cons.* 47. *n.* 26. *lib.* 1. Sicut in Ecclesia † Tirason. Capitulum est in possessione pronunciandi sententias contra Capitulares simultaneè cum Episcopo, ita scilicet Nos N. Episcopus, & N. N. Adiuncti sic practicantes concordiam super jurisdictione celebratam inter Episcopum, & Capitulum, initamque anno Domini 1446. die 22. Aprilis, sub Domino D. Georgio Bardaxino Episcopo, & in Ecclesia Turolen. ubi D. Episcopus D. Martinus Terrer Theologus & eleemosynator magnificus in causa criminali tunc contingenti de anno 1610 Mense Augusto simultaneè à principio, usque ad finem cum Adiunctis ad usum Tirasonen. Ecclesiæ pronunciavit & definiit, & de Ecclesia Conchen si attestatur Mantica *decis.* 180. & 207.

Rursus, & respondetur prædictam † priorem pronunciandi formam, nec trahere, nec detrahere Adiunctorum jurisdictioni, quia & Archiepiscopus pronunciat de consilio, & assensu suffraganeorum in Concilio Provinciali, ut Hostiensis, Joannes Andreas, & alii relati & secuti à Quaranta *de Concilio Provinciali quæst.* 26. & tamen † ipsos Episcopos esse judices, & jurisdictionem habere nemo potest ambigere qui Panormitanum legat *in cap.* 1. *nu.* 14. *de iudiciis*, Navarrum *cons.* 1. *de his quæ sunt à maiori parte Capituli*, & alios quos refert, & sequitur Quaranta *supra q.* 24. Sed in puncto juris negari non potest sententiam esse pronunciandam simultaneè, nomine Episcopi & Adiunctorum, pondero ad hoc quod Adiuncti cum Episcopo ordinariam jurisdictionem exercent, ut latissimè q. 32. & hanc potestatem à Sede Apostolica accipiunt in hoc cap. 6. Ergo, vel erat concipienda nomine ipsius Sedis Apostolicæ solius ad tradita per Covar. *præl. c.* 4. *n.* 6. §. 2. *versic. quæ ratione*, vel nomine simultaneo Episcopi, & Adiunctorum cum & jurisdictio Adiunctorum simultanea sit, ut infra q. 4. n. 8.

Non obstat secundum, primò dum ait, verba dirigi ad Episcopum in d. c. 6. quia respondeo eo ipso, quod Concilium prohibet contra Capitulares procedi sine Adiunctis loqui de iurisdictione, nam processus nomine intelligitur prima citatio, ut infra quæst. 16. & primum iudicii fundamentum est citatio *glos. verbo citationes in Clemen.* 1. *de iudic. text. in* §. *fin. inst. de pœna temere litigan.* ibi: Initium instituendarum actionum ab ea parte proficiscitur, qua Prætor edicit de in ius vocando. Junctis his quæ tradit Faber *in Codice lib.* 2. *tit.* 2. *defin.* 3. scilicet citationem successisse loco vocationis in ius.

Secundò, non obstat argumentum dum ait, ex vers. Cæteris autem in rebus iurisdictio Capituli salva relinquatur. Quæ verba potius infirmant quàm confirmant sententiam Domini Episcopi Astoricen. nam si in principio illius cap. 6. actum non fuisset de iurisdictione Adiunctorum pro causis criminalibus Capitularium inepta esse exceptio, scilicet quod cæteris in rebus salva Capituli iurisdictio conservetur, cum † exceptio debeat esse de regula, *l.* 1. *de regul. iur.* quam doctrinam declarant Covar. 2. *var. cap.* 5. *num.* 4. & Gonzalez *reg.* 8. *glos.* 51. *à num.* 1. & voluit significare Synodus Trident. quod in criminalibus limitatè, in cæteris rebus omnimodè suam iurisdictionem si quæ Capitulo competeret, exerceret.

Non obstat tertium fundamentum, nam Felinus & reliqui

liqui convincuntur ex traditis in omnibus illis fundamentis in hujus quæstionis prosecutione discussis. Deinde illi loquuntur in casu quo requiritur vel consilium vel assensus, nos loquimur casu quo copulativè utrumque requiri-

24 tur & † geminatio maximam habet vim ut supra satis ad solutionem primi argumenti. Quod si replices consensum

25 inesse consilio, respondeo plus operari † expressam consensus requisitionem quàm tacitam, Bart. & cæteri *in l.* 3. *deleg.* 1. Alex. *cons.* 2. *vol.* 3. quos refert & sequitur Martha *claus.* 69. *n.* 2. ideò verò requiritur consilium, ut significetur esse necessarium expressum non sufficere tacitum consensum, ut infra q. 8. num. 9. an verò ista jurisdictio sit ordinaria, vel delegata infra q. 32.

SVMMARIVM.

N*Ominis quæstio inutilis num.* 1.

Iurisdictio in dubio concessa intelligitur cumulativè, numer. 2.

Iurisdictionis cumulata facit locum præventioni, n. 3.

Decanorum & Archidiaconorum iurisdictio est simultanea cum Episcopi iurisdictione, n. 4.

Abbatis iurisdictio est simultanea cum Generali iurisdictionis, num. 5.

Iurisdictionis concessionis forma maximè debet tatendi, n. 6.

Iurisdictio privativa quæ? num. 7.

Adiunctorum iurisdictio dicitur simultanea, sive aggregativa, num. 8.

Collatio ubi est simultanea, & uni fit ab uno, & alteri ab altero; neutra valet, n. 9.

Episcopus, & Capitulum non se confundunt in simultanea collatione, n. 10.

Episcopus & Capitulum ut diversa corpora censentur in collatione simultanea, num. 11.

Adiunctorum iurisdictio an sit ordinaria, vel delegata, numer. 12.

QUÆSTIO QUARTA.

An jurisdictio ista sit appellanda cumulativa, vel privativa, vel simultanea, vel aggregativa.

CONveniunt rebus nomina quæque suis, §. *est & aliud inst. de donat.* disputat Socin. *in c.* 1. *n.* 1. *de libelli oblatione*, sed quia nominis quæstio inutilis † ad tradita per Jason. *in* §. *sic itaque discretis n.* 8. *inst. de action.* breviter hanc quæstionem expediemus in qua D. Petrus de Caceres Episcopus Astoricen. quali jurisdictionem Adjunctis competere negavit, ut q. 3. supra retulimus eam jurisdictionem in relatione contra Capitulum suum cumulatam vocat, & sanè

2 † in dubio jurisdictio censetur potius concessa comulativè quàm privativè, ut latè Decius *cons.* 3. *num.* 3. quem refert, & sequitur Rota *dec.* 385. *n.* 8. *p.* 1. *diverf.* & plures alii, quos refert, & sequitur Riccius *collectanea decis.* 1545. melius omnibus Marescotus *var.* 1. *c.* 54. latè Cabedo *decis.* 13. *p.* 2.

Sed nomen istud non posset convenire hujusmodi jurisdictioni, quæ si esset † cumulata, esset & locus præventioni, & Episcopus sine Adjunctis, & Adjuncti sine Episcopo jurisdictionem possent singuli, vel Episcopus, vel Adiuncti præveniendo exercere *cap. per hoc* 17. *de haret. in* 6. *l. fin. C. de iurisd. omn. iud.* tradit Panor. *in cap. Pastoralis n.* 6. *de offic. ord.* quem sequitur Rota authore Orano in una Salmantina jurisdictionis: cuius copia est apud Farinacium *in in recollectis dec.* 717. *n.* 4. *docet*, & Covar. *in c. alma mater* 1. *p.* §. 12. *num.* 3. *de sent. excommun.* Martha *de iurisdictione* 2. *p. c.* 2. *num.* 3. & tamen, nec Episcopus sine Adiunctis, nec Adiuncti sine Episcopo procedere possunt; aliàs nihil reputabuntur egisse, *ut in cap. prudentiam* 21. *de offic. delegat.* & processus nullos habebit effectus sine interventione utrorumque *d. c.* 6. *Sess.* 25.

4 Neque obstat, quod si Abbas, † Decanus, vel Archidiaconus jurisdictionem habeant visitandi, corrigendi, vel emendandi subditos Episcopi, jurisdictio ista censetur cumulativa, idest ut Episcopo non per hoc prohibeatur visitare, etiam si potestas hæc competat Prælato inferiori ex fundatione Marescotus *var. resolut.* 1. *c.* 54. *nu.* 2. ubi Cardinales sic declarasse Trid. *Sess.* 22. *c.* 3. refert & Rotam 10. *Novemb. anno* 1600. *in una Abulen. iuris visitandi*, Gonzalez *regul.* 8. *glos.* 2. *prœmiali n.* 21. Gratianus *discept. Forens. cap.* 154. *nu.* 40. quos sequitur Barbosa *ad Trident. Sess.* 25. *c.* 6. *num.* 2. & quod † privilegium concessum Commendatori alicujus Monasterii, ut jurisdictionem exercere possit in illo Monasterio, non præjudicat Generali totius ordinis, quippe cum hujusmodi privilegia censeantur concessa non privativè, sed cumulativè, latè Martha *in decis. suis voto*, 171.

Quia respondeo formam concessionis jurisdictionis præscriptam in hoc cap. 6. quæ † maximè debet attendi *d. cap.* 6
prudentiam 21. *de offic. deleg.* excludere omne præventionis genus, & requirere simultaneum Episcopi & Adiunctorum judicium. Sed nec † appellari potest privativa jurisdictio, quæ non privat Episcopum uti jurisdictione quin potius au- 7
get jurisdictionem Episcopi *ad dicta q.* 2. *in fundamentis*, & dicta per Scac. *de iud. c.* 66. *lib.* 1. *num.* 4. ex Afflict. *decis.* 41. nec privat omnimodo Capitulares iurisdictione quæ eis competebat, sed limitativè id est ut ea sine Episcopo non utantur. Quare necesse est † quod appelletur simultanea 8
iurisdictio, sive aggregativa, ut utar verbis Scacciæ *d. cap.* 66. *num.* 4. ex Bald. *in Auth. habita sub num.* 32. *C. ne filius pro patre*, quam simul Episcopus & Adiuncti ministrant. Pro qua sententia ponderari debet tex. *in c. prudentiam* 21. *c. cum causa* 22. *cap. causam matrimonii* 26. *de offic. deleg.* ubi DD. & nos *infra quæst.* 5. *fund.* 1. *confirmatione* 3. & confirmatur exemplo collationis beneficiorum simultaneè Episcopo & Capitulo competentis, nam sicut in † illa si Episcopus uni, Capitulum alteri conferat, neutra collatio de- 9
mandatur executioni quia neutra valet, Navar. *cons.* 1. *nu.* 3. *de his quæ sunt à Prælat. & cons.* 36. *num.* 2. *de regulär.* & facit decisio Rotæ 134. *nu.* 3. *lib.* 3. *p* 3. *diverf.* sic & sententia diversè concepta ab Episcopo, & ab Adiunctis, neutra valet.

Rursus † sicut in simultanea collatione, nec Episcopus 10
Capitulum confundit, vel supprimit ejus conferendi ius, sic nec jus Episcopi ab Adiunctis Capituli confunditur, sive supprimitur ad latè tradita per Gonzalez *reg.* 8. *glos.* 45. *à num.* 52.

Rursus sicut † Episcopus consideratur unum corpus, Ad- 11
iuncti aliud sic Episcopus & Capitulum in simultanea collatione ad tradita per Selvam *de benef.* 2. *p. q.* 17. quem refert & sequitur Puteus *decis.* 117. *lib.* 3.

An verò hæc simultanea jurisdictio † sit delegata, vel or- 12
dinaria, vel mixta *colligitur ex decis.* 743. *par.* 1. *diverf.* & ex Gratiano *discept. Foren. c.* 100. *n.* 49. Castillo *in decis. Sicul.* 87. *n.* 1. Riccio *in Collect.* 1365. *infr. q.* 32.

SVMMARIVM.

E*Piscopus, & Capitulum de iure sunt iudices in criminalibus contra capitulares, num.* 1.

Collega succedit deficienti, num. 2.

Casus noluntatis & impotentiæ parificantur, n. 3.

Episcopus solus procedit quando universum Capitulum deliquit, num. 4.

Superior cognoscit nolente procedere inferiori, nu. 5.

Casus omissus similis expresso iudicatur ut expressus, n. 6.

Episcoporum iurisdictioni plus favet ius commune & Trident. num. 7.

Simultanea iurisdictio non permittit procedere unum sine alio, num. 8.

Inferioris negligentiam supplet Superior, n. 9.

A delegato negligente habetur recursus, vel ad Superiorem, vel ad Sedem Apostolicam, n. 10.

Iudex principalis ubi non potest procedere, nec Adiuncti, n. 11.

Voluntas Iudicis duobus modis potest constare, n. 12.

Casus omissus remanet in dispositione iuris communis, n. 13.

Condominus, vel coniudex quando delinquit an alter puniat, num. 14.

Episcopo misso *anno* 1580. *die* 6. *Octob.* & de ejusdem mandato Capitulo Terulen. intimato *die* 21. *Octobr. anno* 1584. Notario Joanne Vicente. Ab eodem Sanctissimo aliam concordiam circa Adiunctos obtinuit prudentissimus D.D. Joannes Moriz de Salazar tunc Episcopus Barbastrensis *de qua infra qu.* 25.

SVMMARIVM.

Canonici sæculares, & regulares parificantur in multis, num. 1. 2. 3. 4. 5. 8.
Canonici regulares proprium habebant, num. 6.
Episcopi & Canonicis regularibus bona erant communia, num. 7.
Canonici regulares censentur minores Cathedralibus, maiores tamen Collegiatis, num. 9.
Canonicus regularis idest bis, num. 10.
Canonicus regularis vulgaris est appellatio, num. 11.
Abbas maior est Episcopo in punitione regularis, num. 12. 20. 28. & 29.
Canonicorum regularium laudes, num. 13.
B. Petrus de Arbues laudatur, num. 14.
Canonici regularis veniunt in prohibitivis appellatione Monachorum, num. 15. & 31.
In uno gravatus in alio debet relevari, num. 16.
Exemptio regularium quomodo procedat, num. 17.
Episcopus est loco Abbatis in Ecclesiis regularibus, num. 18. *tam in Collegiatis quàm in Cathedralibus Ecclesiis, num.* 19.
Regularium obedien. est omnimoda sic & superioritas, num. 21. & 22.
Exemptio Canonicorum regularium gloriosissimæ Virginis del Pilar, num. 23.
Adiuncti in Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 24.
Beneficiati Ecclesiæ Sanctæ Mariæ del Pilar an comprehendantur in Canonicorum exemptione, num. 25.
Canonici Regulares & sæculares differunt, num. 26.
Canonicorum subiectio filialis non servilis, num. 27.
Episcopus contra Canonicos regulares & exemptos quando procedat, num. 30.
Canonici novitii an admitti possint de gratia ad electionem activam, num. 32.
Intellectus cap. ex eo 32. §. 1. *de election. in* 6. *num.* 33. & 36.
Vox in Capitulo computatur inter fructus Canonicales, num. 34.
Electionibus interfunt hi quibus de iure non competit interesse propter admissionem, num. 25. *propter eligentium parvum numerum, num.* 37.
Canonici novitii expertes sunt electionis passivæ, num. 38.
Nullum non inducitur ex lege pure prohibenti, num. 39.
Prohibita fieri facta tenent, num. 40.
Novitii gaudent privilegiis religionum, num. 41.

QVÆSTIO DVODECIMA.

An de iure competat Episcopo iurisdictio omnimoda & independens à Capitulo, vel nominandis ab illo contra Canonicos regulares?

VIdetur talem iurisdictionem Episcopis non competere de iure, nam contra Canonicos non competit sæcula-
1 res, ut probavimus *supra quæst.* 1. & Canonici † regulares saltim Cathedralium videntur gaudere eisdem prærogativis, ac Canonici sæculares quibus cum in multis æquiparantur, Anton. Faber *in praxi benef. lib.* 3. *tit.* 6. *de benef.*
2 *Cathedr. num.* 20. Nam causæ † Sedis Apostolicæ delegantur istis, ac illis, *de quibus in cap. statutum de rescript. in* 6. ubi Francus *num.* 5. Panorm. *in cap. causam quæ el* 1. *num.* 9. & Decius *num.* 4. *de iud.* & plures congerit Riccius *collect.*
3 1545. Canonicus regularis occupatus in servitio † Cardinalis fructus grossos lucratur, Borrellus *in summa decis. tit.*
4 10. *num.* 5. Canonicus regularis † potest esse Vicarius Episcopi, iuxta distinctionem Guidonis Papæ *decis.* 563. Sbro-
5 tius *de offic. Vic. lib.* 1. *qu.* 37. Contra † Canonicos regulares proceditur cum strepitu & figura iudicii, *ut in decis. Montis Regalis coram R.P.D. Coccino, ut in noviter eiusdem impressis decis.* 157. & eius copia est apud Farin. *decis.* 770. *in recollectis civilibus*, & plura in proposito congerit Gratianus *discept. Forens. cap.* 270. *num.* 25. & 26. cum contra simplices regulares simpliciter, & de plano procedatur, Rodericus *in quæst. regular. tom.* 1. *qu.* 3. *art.* 1. Ghiliserius *de iudic. regular. cap.* 13. *num.* 3. Spatharius *de modo cor. regulares tract.* 3.
cap. 16. Olim etiam Canonici † regulares proprium habe- 6
bant, ut constat ex Spondano *in Epitome ad Baronium anno Domini* 1063. *num.* 6. & proprio renuntiare cœperunt tempore Concilii Magontiaci, ut refert Langhecrutius *in speculo Canonicorum, cap.* 21. §. *verum lib.* 1. & cuncta † in- 7
ter Episcopum, & Canonicos erant communia tamquam inter cœnobitas, idest communis vitæ rerumque consortes, Coppinus *de sacr. polit. lib.* 1. *tit.* 8. *num.* 4. Non minus Canonici † regulares quàm sæculares ad fidei professionem re- 8
nentur, de qua in Trident. *sess.* 24. *de reform. cap.* 12. ut Sacram Congregationem declarasse testantur Garcia *de benef. par.* 1. *cap.* 3. *num.* 16. Barb. *ad d. cap.* 12. *num.* 10. Regulares † Canonici Cathedralibus Canonicis censentur minores, 9
Collegiatis verò majores, iuxta ordinum literæ, *de qua in cap. quia sæpè* 40. *de elect. in* 6.

Argumentum & similiter nomen † præstat, quod re- 10
bus convenire frequentius solet, §. *est & aliud instit. de donat.* eo enim ipso quod Canonicos appellamus & regulares dicimus, quippe cum canon à quo Canonici nomen derivatur, Panor. *in d. cap. causam num.* 9. optimè in libro speculi vitæ humanæ, quod proposuit prudentissimè Rodericus Zamoren. Episcopus *cap.* 19. potiori iure competat Canonicis regularibus quàm sæcularibus, nam idem bis dicunt, qui Canonicos regulares nominant, ut advertit Eminentissimus noster Antonius Augustinus *Dialogo* 1. & *lib.* 1. Licet † vulgarem istam introductionem in laudem 11
convertat Canonicorum regularium P. Cenedo *qu.* 20. *num.* 19. ergo non assistit ius Episcopis in omnimoda potestate procedendi contra Canonicos regulares.

Secundò, quia in punitione † Regulatium potius ade- 12
undum est ad Abbatem quàm ad Episcopum, etiam si procedatur in figura iudicii, Panor. *in cap. quanto* 7. *num.* 4. *de offic. ordin.* Romanus *cons.* 375.

Tertiò, quia in Tridentino *sess.* 21. *de reform. cap.* 8. non aliter permittitur Episcopis regularium punitio, quàm si in eis nulla regularis observantia reperiatur. Sed in Canonicis Regularibus † observantia regularis viget, ut mul- 13
tis encomiis celebrat iurisprudentia, & modestia insignis, Cenedo *collect. ad Decretum* 165. *idem postbumus, qu.* 20. *nu.* 22. Navar. *comment.* 3. *de regular. num.* 25. ubi B. Magistrum Epila, alio nomine † Petrum de Arbues religionis exem- 14
plar proponit, eumque inter Canonicos S. Mariæ del Pilar refert, sed vir iurisprudentiæ summa cum laude Gnarus, facti huius fuit ignarus, nam erat Canonicus huius almæ Metropolitanæ Ecclesiæ Cæsaraugustan. illiusque pavimentum media nocte cùm ad Matutinum surgeret sanguine suo decoravit. Historiam perlege constantia & pietate plenam apud Curitam nostrum *lib.* 20. *cap.* 65. & apud Concanonicum meum D. Martinum Carrillo Montis Aragonum Archimandritam in suo Catalogo anno 1585. 1485
cuius laudes multa ab eo monumenta mandata typis, attestantur. Ergo Episcopis non competit iurisdictio proposita in quæstione.

Quartò, quia in prohibitivis † appellatione Mona- 15
chorum veniunt Canonici regulares, ut in prohibitione postulandi, probat text. *in cap.* 2. *ubi glossa verbo Item iudicium de postulando*, notat Ghiliserius *de iudic. regul. cap.* 13. *num.* 5. Item in prohibitione de accedendo ad curiam sæcularem, de quo *in Clem.* 1. §. *quia verò de statu Monach.* & observat Navar. *cons.* 18. *num.* 1. *sub illo tit.* plures alios casus prosequitur Azor. *instit. moral. par.* 3. *lib.* 12. *cap.* 22. *qu.* 5. & per consequens in favorabilibus Monachorum appellatione comprehendi debent, ut in uno † gravati in alio rele- 16
ventur ad tradita per Speculatorem *lib.* 1. *p.* 4. *tit. de testam. num.* 68. *facit regula qui sentit, de regulis iuris in* 6. Sed regulares † directè, sive per communicationem sunt exempti 17
decis. 54. *num.* 14. *par.* 2. *diverf.* latè Mandosius *de signatura tit. de exemptis ab Episcop.* §. *verum succedente tempore*, Navar. *commentar.* 2. *de regular. num.* 63. Rodericus *in eodem*
tract.

tract. tom. 2. *qu.* 2. *art.* 6. Ergo Episcopus contra Canonicos regulares dependentem non omnimodam habet iurisdictionem. Patet consequentia, quia Adjunctorum decretum habet locum in Capitulis exemptis *iuxta Congregationis declarationem ad hoc cap.* 6. de qua testimonium prohibet Farin. *ver. Capitula*, & Marcilla *lib.* 4. *tit.* 7. *cap.* 20. *lit. K*, Rot. *dec.* 743. *num.* 8. & 9.

Sed contraria sententia, quæ verior est probatur ex eo,
18 quia quando agitur de Ecclesia Cathedrali regulari † Episcopus est caput & loco Abbatis, & ipsi Monachi sunt loco Canonicorum, ut latè explicat Panor. *in c. causam quæ in* 1. *num.* 8. *de iud.* Sacratus *in una Cæsaraug. iurisdict.* cuius copia est apud Marchesanum *de commiss. nullit. tom.* 3. *decis.* 1. *num.* 2. Coccinus *in una iurisdictionis Montis Regalis*, cujus copia est apud Farin. *in recollectis civil. decis.* 770. & in novissimè recollectis apud eumdem Farinacium *par.* 1. *decis.* 15. 17. & 20. Guido Papæ *decis.* 559. prosequuntur Gratianus *discep. Forens. cap.* 270. Riccius *collect. decis.* 1545.

19 Nec in hoc versatur discrimen † an Regulares sint Canonici Ecclesiæ Collegiatæ, vel Cathedralis, omnibus enim eadem est regula, unus habitus non sericus, sed lineus decet, unum & idem nomen imponitur, & æqua- lance de omnibus in jure scribitur *c. innotuit, c. cum Vintonien. de elect. c. præterea* 14. *de præbendis, c. sane* 10. *de reg.* Trullus *de Canonicis regular. lib.* 1. *cap.* 2. Cenedo *d. collect.* 165. Roder. *sup. tom.* 1. *qu.* 1. *art.* 3.

20 Unde Episcopus † Ecclesiæ regularis etiam Cathedralis, exceptis his quæ concernunt regulam, in illos habet omnimodam jurisdictionem, *glos. verbo regular. in cap. nullus* 28. *de elect. in* 6. quam sequitur ibi Francus *num.* 3. Geminianus *num.* 7. Guid. Papæ *d. dec.* 559. & plures ibi relati supra à Gratiano *d. c.* 270. *num.* 4.

21 Amplius neque requiritur † pro exercitio hujus jurisdictionis, aut assensus, aut consilium monachorum, cum enim talis Ecclesia sit regularis & superiori regularium sit obediendum nullo spectato subditorum consilio, vel assensu, Roder. *supra tom.* 1. *quæst.* 10. *art.* 1. & 2. & Episcopus respectu monachorum non dicatur Episcopus, sed Abbas, Panor. *in c. causam quæ nu.* 9. sequitur ut nullum consilium requiratur, vel assensus, quia nec Abbas requirit *glos. verbo ta in cap. nullam* 18. *qu.* 2. Roman. *cons.* 375. *num.* 1. & alii quos refert & sequitur Gratianus *d. cap.* 270. *num.* 20. *pro qua sententia facit Concilium Tolet.* 4. *cap.* 20.

22 Hoc ipsum † firmatur ex eo nam si Episcopus qui est ut Abbas liberè non posset & omnimodè procedere contra Canonicos regulares, id repugnaret instituto regularium, qui suscipiendo religionem, perpetuam obedientiam spoponderunt ad tradita per Sylvestrum *verbo religio* 6. *quæst.* 6. Navar. & *ab eo citatos commentar.* 1. *de regular. num.* 8. §. 6. & 7. & qui sic se alterius imperio & potestati submisserunt, ut omnem suam voluntatem & noluntatem in eum transtulerint *c. non dicatis*, 12. *qu.* 1. *cap.* 2. *de testam. in* 6. Panorm. *in cap. ex rescripto* 9. *de iureiur. nu.* 1. & alii quos sequitur Gratianus *dicto cap.* 270. *num.* 22. & 23. melius omnibus ponderat Illustris. admodum Coccin. Rotæ Decan. *decis.* 360. *nu.* 4. *in suis*.

Prædicta intelligo semota exemptione, consuetudine, præscriptione, aut privilegio munita, quibus standum est, ut advertit Guido Papæ *d. decis.* 559. Coccinus *in dict. decis.* 770. apud Farin. *num.* 2. Corneus *lib.* 2. *cons.* 93. *num.* 5. Rodericus *supra tom.* 2. *quæst.* 63. *art.* 1. & 2. Ghiliserius *de iudic. regul. cap.* 9. *num.* 6. & facit aliquantulum *decis.* Rotæ 36. *num.* 21. §. 5. *par.* 2. *diverf.*

23 Exemplum † est supra positæ doctrinæ in hac urbe in Ecclesia Sanctæ Mariæ, hujus nominis, Majoris, seu del Pilar, cujus Prior & Canonici à Clemente VII. anno 1629. die xi. Februarii, durante vita D. D. Joannis ab Aragonia Archiepiscopi Cæsaraugustani, cum quo litigabant, & sic ratione litis *ad tradita supra qu.* 1. *fundam.* 14. *convenientia.* 5. & per Mandos. *de sign. gratia tit. de exemptione ab Episcop.* §. *aliquando verò*, & anno 1581. die 24. Decembris à Gregorio XIII. non facta mentione litis intercedentis inter ordinarium, & ipsos, quod privilegium reddit inefficax, *ut in eadem causa fuit iudicatum coram R. P. D. Cantuccio* 27. *Martii* 1585. ad tradita per Matescot. 2. *var. cap.* 85. *num.* 8. Menoch. *de arbitr. casu* 202. *lib.* 2. *cent.* 3. *num.* 7. Thesaur. *decis. Pedemon.* 255. *num.* 9. quando autem dicatur lis pendere ad hoc optimè distinguit Gratianus *decis.* 209. & tandem à Sixto V. anno 1590. die 24. Maii Sede vacante, exemptionem plenam liberam & prægnantissimis clausulis roboratam impetrarunt. In hujus exemptionis favorem latæ fuerunt in Rota plures decisiones, quas refetunt Seraphinus *decis.* 1082. Farin. *in recollectis civilibus decis.* 710. & 711. Matchef. *de commiss. appell. in caus.* Dec. *par.* 1. *decis.* 13. & *par.* 2. *de aperit. dec.* 7. & *d. par.* 2. *de restit. in integ.* §. 1. *decis.* 9. An verò eorum Prior † contra Canonicos extra 24
regulam de Adjunctorum consilio, & assensu procedat; Joannes Baptista Valenz. radicitus discussum relinquit *cons.* 43. *maximè num.* 69. & 104.

An esset amplianda † hæc exemptio ad illius Ecclesiæ 25
Præbendarios extra claustrum degentes? Sæpius fuit dubitatum, quid in hoc tenendum videatur ex responsoà me postulato die 31. Augusti anno 1619. & coram Illustris. D. Manzan. *in Cæs. iurisdict. anno* 1623. 28. *Iun.*

Non obstat primum † argumentum, cui respondetur, 26
ex traditis supra per Gratianum *d. cap.* 270. *num.* 21. 22. & 23. longè diversam rationem militare in Canonicis regularibus, ac sæcularibus, nam illi se se speciali obedientiæ voto obstrinxerunt, & servi remanserunt ad tradita per Angelum *in l. creditor* 28. *num.* 1. *ff. de appell.* per Anchar. *in clem.* 2. *num.* 10. *de rescript.* Cenedo *qu.* 20. *num.* 27. licet † 27
prædictorum subjectio magis filialis quàm servilis debeat appellari, ut pluribus confirmat Valenzuela *cons.* 43. *num.* 121. Scacia *de appellat. qu.* 5. *par.* 1. *num.* 54. & sicut quidquid acquirit servus acquirit Domino, *l. placet ff. de acquir. hæred.* sic quicquid acquirit Monachus acquirit Monasterio, etiam contradicente Monacho ad tradita per Riccium *collect. decis.* 1938. & pro mortuo habetur, *l. Deo nobis in fine, C. de Episcop. & Cler.* notat Guido Papæ *decis.* 563. *in princ.* & licet sæcularis dicatur habere beneficium suum, *cap. si tibi absenti de præben. in* 6. Religiosus autem non, quia cum ipse ab alio possideatur, nihil potest possidere, *arg. l. si eveniet, ff. de adulter.* Staphileus *de variis modis vacat.* §. *sextus num.* 2. & licet sæculares Canonici emolumenta Sedis vacantis ex privilegio Apostolico possint inter se dividere, non tamen Canonici regulares Farin. *d. dec.* 126. 4. *p. diverf.* non idem militat in sæcularibus, ideò mirum non est, si majorem jurisdictionem Episcopus exerceat in regulares, quàm in sæculares, licet & regulares & sæculares in multis eodem jure censeantur.

Non obstat secundum quia verior est sententia † quod 28
quando agitur in figura judicii, & his quæ sunt delicta, quo ad omnes, ad solum Episcopum spectat cognitio & correctio, ut tradit Guido Papæ *d. decis.* 559. *decis.* Rotæ 78. *par.* 1. *diverf.* ubi testatur de magis communi opinione, & plures quos refert, & sequitur Gratianus *d. c.* 270. *à num.* 27. copiosè Marescot. 2. *var. cap.* 35. *num.* 125. & 134. vel potest responderi † cum distinctione prædicta ex Concicio Toletan. quod refertur *in can. hoc tantum*, 18. *quæst.* 2. ut 29
ea quæ ad religionis regulam pertinen. Abbatis castigationi relinquantur, quæ verò extra regulam committuntur ad Episcopi correctionem, & jurisdictionem spectent, nec est novum unum eumdemque hominem diversas ob causas posse duorum jurisdictioni subjacere, *l. fin. C. de iurisd. omn. iud.* profequitur Meinar. *frif. de iuribus Episcopi, cap.* 6. *num.* 29. *vide omnino dec.* 15. *par.* 1. *recent.*

Non obstat tertium cui respondetur ex *d. decis. Montis Regalis iurisdict. num.* 5. quod loquitur † Concilium de 30
Monachis existentibus in locis exemptis ab ordinario, ut & respondet Gratianus *discept. forens. d. cap* 270. *nu.* 8. quorum locorum exemptionem revocat Trid. Synodus favore ordinariorum quo ad eos, qui sine regulari disciplina & extra Septa Monasterii vivunt, *ut in d. decis.* 78. *num.* 2. ubi Rota hoc modo declarat Conc. Trid. *cap.* 11. *sess.* 24. *de reformat. in genere*.

Non obstat quartum, cui respondetur † appellatione 31
Monachorum venire Canonicos regulares, sive in favorabilibus, sive in odiosis, dummodo eadem sit ratio, Domin.